GEORGII WILHELMI FREYTAGII

LEXICON ARABICO-LATINUM

PRAESERTIM

EX

DJEUHARII FIRUZABADIIQUE ET ALIORUM ARABUM

OPERIBUS

ADHIBITIS GOLII QUOQUE ET ALIORUM LIBRIS

CONFECTUM.

ACCEDIT

INDEX VOCUM LATINARUM LOCUPLETISSIMUS.

TOMUS PRIMUS.

ا — خ

HALIS SAXONUM

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.

MDCCCXXX.

TYPIS ARABICIS ACADEMIAE REGIAE BEROLINENSIS

IMPRESSUM HALIS IN OFFICINA GEBAUERIA.

FRIDERICO WILHELMO III.

REGI AC DOMINO AUGUSTISSIMO POTENTISSIMO

PATRI PATRIAE

LITTERARUM ARTIUMQUE OMNIUM INGENUARUM TUTORI
FAUTORI LIBERALISSIMO

HOSCE

STUDIORUM SUORUM FRUCTUS

SUMMA QUA PAR EST GRATI

ET OBSTRICTI ANIMI SUBMISSIONE

D. D. D.

REGIAE MAIESTATIS

CULTOR DEVOTISSIMUS

GEORGIUS WILHELMUS FREYTAG.

LITTERARUM ARABICARUM STUDIOSIS FAUTORIBUS PATRONIS

S. P. D.

G. W. FREYTAG.

Cogitanti mihi saepenumero et consideranti, quonam potissimum auxilio linguae Arabicae studium iuvarem, nil mihi aut maius aut utilius visum est, quam edere lexicon Arabicum. Multa enim quum sint huius linguae subsidia, tum illud inprimis necessarium, ut ad verborum sensus discentibus patefiat aditus. Quo subsidio quanquam hactenus non omnino caruimus, tamen lexica Arabica hoc quidem tempore sunt tam rara, ut etiam magnos si quis sumtus ponere velit, eorum comparatio habeat magnam difficultatem. Ego vero non is eram, qui vel laudis studio abreptus, vel nimio mei amore occaecatus tanta tamque difficili in re leve caperem consilium. Videram huius rei amplitudinem et horrueram. Multum igitur et diu quum haesitassem, urgente usus necessitate, adhortantibusque ad opus suscipiendum amicis, eo tandem perductus sum, ut cunctatione abiecta ad ipsam rem accederem. Neque tamen quum opus aggressus essem, curis anxiis liber erat animus; verebar enim, ne aut tempore exclusus, quod pro rei magnitudine nimis angustum praescripserat bibliopola, opus non absolverem, aut, si absolvissem, ob nimiam in perficiendo festinationem incurrerem in reprehensiones virorum doctorum, qui omnibus numeris perfectum si propter nimis angustum temporis spatium edi non possit, totum omittendum suadent. Nec vero vituperandus mihi videtur vir ille honestissimus de evulgando hoc opere meritus, quod me tum ad festinandum impulerit, tum ab opere nimis extendendo revocaverit. Nonne timendum enim, ne, si nimis accrevisset liber, pauci tantum ob sumtus auctos emtores reperirentur, non, si tardior moras facerem, ne alius quis simile quid edendo praeveniret? Neque vero vana prorsus fuit haec cautio. Nam quum statim post laboris suscepti initium me viseret vir summe venerandus Leand. van Ess, certiorem me fecit, se in animo habere, Golii lexicon significationibus, quae in Meninskii opere legerentur, auctum iterum edere. Ac primum quidem virum quum, argumentis a me prolatis, a re litteris vix utili, editori mei operis nocua revocari non posse viderem, acquiescendum putabam sperans fore, ut difficultatibus ab incepto deterreretur; sed quum virum quendam mihi amicissimum de iuvene, cui corrigendi operis negotium mandaretur, litteris interrogasset, bibliopolae, qui mei operis edendi curam susceperat, totam rem commisi. Aliorum autem nomina, qui hac in re elaboraturi aut difficultatibus impediti aut de nostro consilio certiores facti destiterunt, recensere nil interest. Qui autem propter nimis breve temporis spatium concessum omnino rem omittendam censent, iis respondendum puto, melius esse in re necessaria, qualis est nostris temporibus lexici Arabici editio, opus edi omnibus quidem numeris non absolutum, cuius tamen ope studia Arabica et inchoare et persequi possint iuvenes, quam re omissa studium omne et amorem harum litte-

rarum exstingui. Per totum autem mihi concessum temporis spatium semper deditus isti operi perficiendo nihil cupiebam, nisi ut non nimis a virorum doctorum desideriis abesset, caeterisque occupationibus otii tantum suppeditabam, quantum ad animi relaxationem necessarium videbatur.

Quo autem plures sunt ii, qui nec amplitudinis neque difficultatis eiusmodi operis habeant cognitionem, maiorem fortasse in opere nostro tum verborum copiam tum significationum fidem exspectantes, eo magis necessarium videtur paucis exponere, tum quod esse debeat lexici institutum, tum qui sint nostri operis et fines et ratio.

Primum quidem elaborandum, ut ea verborum copia, qua ipsa lingua gaudet, lexici opere contineatur. At quis non videt huius rei magnitudinem praesertim in lingua Arabica? Ea enim lingua non solum ditissima est omnium, sed scriptores etiam protulit paene innumerabiles, qui quum sint diversi et aetate et ingenio et a nostris moribus maxime alieni, non possunt quin sint saepius obscuri. Quare nemo iustus huiusque rei peritus a me quidem omnium totius linguae vocum aut collectionem aut explicationem postulaverit. Qui enim fieri potuit, ut tantam in toto terrarum orbe scriptorum dispersorum copiam perlegerem, quorum etiam nomina tantum abest, ut sint ab Arabibus hanc rem tractantibus recensita, ut magnam partem ipsis sint incognita. Aut quae mihi potuit esse tanta doctrina, ut, etiamsi breve vitae spatium illis perlegendis sufficeret, eorum etiam scriptorum opera recte intelligerem, qui tractarunt disciplinas mihi plane obscuras. Equidem tantum mihi non arrogo. Limitibus igitur arctioribus opus nostrum includi necesse erat, et aequis reique peritis iudicibus me satisfacturum putabam, si ea potissimum verba in opere meo explicassem, quae intelligendis scriptoribus et primae et mediae aetatis sufficerent, quibus iisdem usi esse videntur in lexicis conficiendis Djeuharius et post eum vivens Firuzabadius. Horum igitur operibus iterum iterumque perlustratis, quidquid scitu dignum esset, in mei operis ordinem transtuli; nihil videbatur enim tam consilio nostro aptum, tam conveniens ad usum iuventutis. Simulque non parvam scholiorum veterum copiam aliosque auctores multos magno cum studio pertractavi, plura a Reiskio et Iac. Schultensio ad Golii marginem adscripta in usum meum converti, ut si plures meo opere tum voces tum earum explicationes, quam et Djeuharii et Firuzabadii contineri contendam, nemo hoc arrogantius a me dictum existimaverit. Neque vero cuiusque artis voces proprias, quas dicunt technicas, quarum in lingua Arabica tanta reperitur copia, ut integri voluminis spatium impleat, neglexi, magnumque numerum tum ex grammatica, tum ex arte metrica et rhetorica, tum ex aliis in opus inserui. Sed quum ne ipsis quidem Arabibus doctissimis nota sint earum rerum vocabula, quae cuique arti atque scientiae propria his tantum accommodatum habent sensum, nemo a me earum rerum vocabula explicata postulaverit, quarum doctrina non sum imbutus. Arabes enim quamquam non ipsi multas disciplinas atque artes invenerunt, tamen ab aliis inventas amplificarunt et exornarunt, et vocabulis propriis sive, ut ita dicam, technicis, ut vocum significationes, quae artes aut litteras spectant, accuratius intelligerentur, efficere studuerunt. Istas enim Arabibus usitatas voces ut recte intelligamus, duo requiruntur, unum ut linguam Arabicam bene calleamus, alterum ut simus in iis disciplinis artibusque versati, quarum propriae sunt hae voces. Hoc autem maius quiddam esse, quam ut ab uno viro brevi vitae spatio praestari possit, quis est qui neget? Quanta enim est earum artium multitudo, quas et coluerunt Arabes et perfecerunt? Acquiescendum igitur est in votis, ut quod ab uno viro non peragatur, id plures viribus coniunctis perficiant; magno enim linguae Arabicae, imo multarum disciplinarum atque artium studio esset adiumento, si quae variarum et disciplinarum et artium voces propriae in multis libris dispersae sunt, in lexico collectae et explicatae reperiren-

tur. Sed ut huic desiderio satisfiat, legendi sunt cuiusque artis scriptores ab iis, qui harum rerum periti sunt eo quidem consilio, ut vocabula propria sive, ut ita dicam, technica colligantur et explicentur.

Iam antea dictum, me non id curasse, ut ex omnibus cuiuscumque generis atque aetatis scriptoribus tum verborum tum significationum copiam colligerem, primae me et mediae aetatis potissimam habuisse rationem. Quapropter eas significationes, quas scriptores Persici et Turcici verbis Arabicis subiiciunt, inferre supersedi; voces enim Arabicae, quas vel Persae vel Turcae adoptarunt, tam multum abest, ut in lingua Arabica usitatas conservarint significationes, ut haud raro pro varia utriusque linguae ratione mutatas acceperint. Tu vero, qui lexicon Arabicum omnimodo significationibus augere suades, non videris animadvertere, istae non mere Arabicae significationes quam facile non solum tirones, sed etiam doctos in errorem ducant. Neque enim mihi alia causa, cur ex libris male scriptis, quales sunt versiones tam veteris quam novi testamenti, aut nunquam aut perraro vel formas vel significationes adnotaverim, ne plus noxae quam utilitatis adferre viderer legentibus. Quae vero voces peregrinae aut antiquissimis temporibus, ipse enim poeta celeberrimus Abscha Persicas admittere voces non dubitavit, ab Arabibus in linguam receptae; aut a bonis serioris aetatis scriptoribus, qualem nominare placet Ebn-Arabschahum, adhibitae leguntur, iis si in libro locus daretur, operae pretium fore putabam. Voces Geographicae nominaque clarorum virorum quamvis sint interpretandis scriptoribus adiumento, tamen extra operis fines posita habui. Eorum enim in libris Arabicis tanta exstat multitudo, ut nec dignioribus quidem concedi possit locus et horum sit difficilis delectus. Nonnulla tamen, quae propter praecipuam dignitatem non omittenda videbantur, in librum meum recepi.

Quid quod nonnullis fortasse non bene factum videtur, quod in verbis construendi modum indicavi, non eundem semper, ut fieri solet, exemplis et dilucidavi et exornavi. Quae res quamquam maximam in iis lexicis, quae partim scribendo partim loquendo adhibentur, habeat utilitatem', tamen omnino non necessaria videtur in iis, quae nihilo paene nisi scriptoribus intelligendis inserviunt. Accedit, quod lexici Arabici tum verborum tum significationum ambitu completi nomine non omni ratione indigni neque moles nec pretium parvum esse potest. Multis autem scriptorum locis adductis et explicatis quum ut moles ita pretium mirum in modum augeatur, fieri non potest, ut emtorum numerus non deminuatur, et equidem non video, quomodo, qui tali in libro edendo sumtus posuerit, detrimento liberetur. Quod detrimentum quo certius caveret, qui operis vulgandi curam susceperat vir honestus, ut statutum foliorum numerum non excederet, conditionem tulerat. Nec vero ego satis mirari queo, quod in duplo, quam constitutum erat, maiore foliorum numero, ea enim fuit viri humanitas, nec edendi operis difficultatem neque vituperationis causam viderit, quae res ut mea ita omnium, quibus cordi hae litterae sunt, laude et gratia digna habenda. Ego vero reprehensionem doctorum non vereor, quod, praetermissis minus necessariis, eos tantum locos adnotaverim, qui aut quia pro linguae Arabicae ratione multum a nostra tum cogitandi tum loquendi modo abhorrebant, aut aliam ob causam omittendi non erant.

Alterum autem est, in quo lexici bonitas cernitur, ut sint significationes verborum extra omnem dubitationem positae. Quae enim in interpretandis scriptoribus veri sensus fides esse potest, nisi verborum significationes sint probatae? Atque in hoc pravitatis genere multiplicis erroris fons latet, qui quo difficilior est lingua, eo largius manat. Haec igitur virtus ut in lexico meo esset, duo mihi erant videnda, unum ut bonis tantum e fontibus haurirem, alterum ut multam in significationibus definiendis cautionem adhiberem. Primum de fontibus lexici mei dicam.

Omnes inter libros, quibus usus sum, primum occupant locum Djeuharii et Firuzabadii opera, quorum ille maiori doctrinae copia, adductis saepius poetarum versibus et significationum auctoribus nominatis opus suum exornavit, hic maiori verborum atque significationum multitudine praestare videtur. In utroque lexici mei fundamentum posui. Licet enim rarissime in Djeuharii opere reperiatur, quod non idem apud Firuzabadium legatur, haud raro tamen ex unius verbis lux quaedam oritur alteri aut dubium removetur. Ipsius quoque Djeuharii verbis interdum vitium a Firuzabadio aut eius editore commissum detegitur. Ut ne vero quis ex Golii opere verborum significationes, easdem quum apud illum legerit, sumsisse me opinetur, non id quidem mihi videtur silentio praetereundum, quod de omnibus Golii, quae maximam partem ex Djeuharii opere collegerit, non nimium confidens Firuzabadii opus inspexerim, collato quoque Djeuharii opere. At vero quum de lexico edendo per litteras viros doctos certiores facerem, hoc mihi erat consilium, ut, in Golii opere mei fundamento posito, vitiosa corrigerem, nova adderem; id enim si fecissem, non parum me in elaborando adiumenti habiturum sperabam. Quae spes multum me fefellit, multa enim quum essent aut addenda aut corrigenda, multa deinde in meliorem ordinem redigenda, tantam mihi res creavit molestiam, ut quod non potius caeteris neglectis, ex Djeuharii Firuzabadiique libris plane nova operis fundamenta iecissem, maxime dolerem. Erat enim, ne negligentiae aut inscitiae vitia e Golii libro in meum irreperent, multum cavendum, ideoque in singulis vocibus denuo adeundus et Firuzabadius et Djeuharius atque retractandus, quo labor meus mirum augebatur in modum. Nec vero illa, quae Golius ex aliis quam Djeuharii aut Firuzabadii operibus adnotaverat, quamquam in ipsa, quia libri ad manus non erant, inquiri non poterat, omnino omittenda putavi et postea, quum, aliqua libri parte typis impressa, pluribus ex hisce aut vitia aut Persicae linguae proprias inesse significationes, cognovissem, fontis nomen, quod prius neglectum erat, addendum censui. Quae etiam in Golii exemplaribus tum Iac. Schultensii tum Iac. Reiskii et Bergii professoris olim Duisburgensis ad marginem adscripta, in rem meam converti, tacere non debeo. Exemplar Iac. Schultensii, viri in hisce litteris versatissimi, in bibliotheca Lugduni Batavorum asservatum, quae erat viri singularis doctrina atque diligentia, multis tum de rebus tum de verborum significationibus, quae potissimum ex libris manuscriptis sumserat, adnotatis auctum erat et ornatum. Alterum quod clarissimi Reiskii fuisse dixi, in bibliotheca Regia Havniae est. Multa cum laude quum in vita Reiskii de isto exemplari praedicasset auctor, tantum me eius potiundi desiderium implevit, ut primum intercedente legato Regio per litteras in nostra Musarum sede utendi veniam rogarem, tum spe frustrata Havniam aditurus iter susciperem. Res ipsa exspectationem fefellit, nimias enim laudes et rem multum superantes esse intellexi. Inerant quidem plura ad marginem scripta, tum scriptorum loci, tum verborum significationes; sed quae erant a viro doctissimo ex codicibus Lugdunensibus desumta, ea maximam partem, quum Lugduni versarer, a me observata erant. Tertius denique Golius Bergii, qui Bonnae in bibliotheca Regia est, multis ad marginem scriptis auctorum iam editorum locis, auctus est, rarius codicum manuscriptorum. Qui autem loci quum significationes aut usu loquendi aut Djeuharii Firuzabadiique auctoritate certissimas nullaeque dubitationi obnoxias spectent, fieri vix potest, ut inde magnum quis capiat commodum. Ego vero viri tantum abest, ut laudes minuere studeam, ut effici non possit, quin eum tam venerer, quam magni aestimem. Alios tamen libros adhibui praeter eos, quos modo nominavi Arabum lexicographos et Ibn-Doraidi opus, quod ad lexicographiam pertinet, quum Lugduni versarer, pervolvi; neque enim mihi tantum, ut totum perlegerem, otium concessum erat. Est maximae auctoritatis liber, quo serioris aevi scriptores multum usi sunt. Duos

praeterea libros haud spernendos ibidem magna cum diligentia pertractavi, unum inscriptum كتاب الأضداد „Liber contrariorum", auctore mihi incognito, in quo vocum significationes in usu loquendi contrariae sibi adnotatae sunt, alterum cuius auctor Abu-Manzur Mauhub ben-Ahmed ben-Mohammed ben-Alchadr, nisi fallor, sexto post Muhammedem saeculo vixit. Collegit auctor et explicavit voces peregrinas in linguam Arabicam receptas. Giggeii me opus omnino neglexisse, Castelli parum tantum in usum adhibuisse, nemo harum rerum peritus vituperabit, quum eorum unus ex Firuzabadii opere librum suum composuerit, alter his quaedam, at non bona semper atque fide digna, addiderit, quid quaeso, potest esse utilitatis in conferendis hisce libris ei, qui tam Djeuharii quam Firuzabadii opus non sine studio atque diligentia pertractavit. Nec mihi erat alia causa, cur plurium, quae ad manus habebam, lexicorum Arabico-Persicorum nullam prorsus rationem habuerim, timebam enim, ne, quas Persae pro ingenii et linguae suae ratione mutarint significationes, cum mere Arabicis commiscerem.

Magno quoque mihi erant adiumento carminum scholia vetera, tum in significationibus accuratius definiendis atque intelligendis, tum in novis inveniendis, inest enim ipsius poetae verbis maximum contra errorem legenti subsidium. Quot autem ex hisce potiundi mihi erat facultas, tot aut tota perlegi aut saltem pervolvi. Quorum mihi haec potissimum mentione digna videntur. Hamasae carminum scholia, tum Hudseilitarum, Djeririi, Motenabbii, Abu l'Ahlae, Ohmari ben-Faredhi, Abu-Tammami, septem carminum, quibus Moallakat nomen est, nec non Meidanii proverbiorum atque Haririi consessuum. In vocabulis propriis sive technicis definiendis usus sum libro تعريفات „Explicationes" inscripto, de rebus, quae ad naturam spectant, qualia sunt plantarum nomina et animalium, Domairii Kazwiniique opera inspexi itemque Forskålium consului.

Me porro ex aliis varii argumenti operibus tum manuscriptis tum typis editis plura in usum meum convertisse, nemo non videbit, qui librum evolverit. Ex hisce nominare placet gravissima illa Ebn-Arabschahi et de Sacyi opera omnia, librum Tochfat-Ichwan Alzafa, historicorum, medicorum opera quaedam aliaque, quorum si nomina loco suo non semper adnotaverim, id, ne rebus utilioribus, speciem doctrinae inutilem non amans, locum eriperem, factum esse censeatis.

Enumeratis libri mei fontibus, restat, ut doceam, quae fuerit utendi ratio. Magna est in significationibus definiendis diligentia adhibenda, cavendum ne specie quadam veri in errorem inducamur. Quae diligentia quum sit in omni scriptore interpretando necessaria, maior tamen esse debet in scriptore Arabico; ut enim quisque est difficillimus intellectu, ita maxime opera danda, ut ad sensum scriptoris penetremus, id quod nonnisi diligentia fit et cautione. Quod quum ad librum nostrum tum recte iudicandum tum adhibendum multum referat et aeque utile sit viris doctis eundem aut amplificaturis aut correcturis, diligentius exponam.

In lexicis et scholiis unam vocem magis usitata altera explicari mos est. Quae res ob significationum miram copiam, magnam non raro exhibet molestiam, quum ex multis eam, quae conveniat voci, eligere difficile sit. In scholiis magnum legenti afferunt scriptoris verba adiumentum, quod non item fit in lexicis, sunt enim nuda lexicographi verba, rarius additur scriptoris locus, ex quo significatio hausta. Id quod a Firuzabadio semper paene neglectum observamus, a Djeuhario interdum factum esse videmus. Adeunda igitur, ut vocis explicationis gratia adscriptae sensum intelligamus, lexicographorum Arabicorum opera, temerarium enim id esset, si quis in tanta tum verborum tum significationum multitudine soli memoriae confidere vellet. Quod vero quominus in singulis semper fiat, nimia, quam adfert, impedit molestia. Evolvendus

igitur aut Castelli aut Golii liber. Qui quum sint errori interdum obnoxii, fit, ut inscii eorum errores in nostrum transferamus. Maxima quidem, hanc ut rem evitarem, adhibita est cura atque diligentia, in rebus dubiis et incertis ipsos semper adii scriptores Arabicos, non pauca sunt correcta. Quae res quo magis appareat legentibus, pauca ex multis eligere liceat exempla.

Golius sub radice جدل sensum vocis جديلة non bene intellexit, et duplex in interpretandis Kamusi verbis vitium commisit, unum, quod vocem الحَيْض enunciavit, alterum, quod eandem ab antecedentibus, quibuscum coniungenda erat, separavit. Quae sunt Kamusi verba الجديلة ......وشبه اتب من ادمر ما يأتزر به الصبيان والحُيَّض, eorum hic est sensus: „*Vox* جديلة *ei, cui* اتب *nomen, similis est res, corio confecta; qua pueri et menstrua patientes tanquam cingulo utuntur.*" Ille vero quum vocem falso enunciatam a praecedentibus separaret, factum est, ut *menstruorum* significationem eidem tribueret. Tum quoque Golius voci اجرد significationem *solus, solitarius obivit peregrinationem etc.* inesse putavit; sed non est dubium, quin, quae in Kamuso leguntur verba وللحج افرده ولم يُقْرِنْ, ad vocem جَرَّدَ pertineant. Ut vero in forma verbi, ad quam Kamusi verba referantur, erravit, ita in vocis significatione definienda rectum non vidit. Sub voce فرد nil, quo illa vox explicaretur, inveni; sub voce قرن haec tantum leguntur وقرن بين الحج والعمرة قرانا كأقرن لغيّة „*Simul rei* حج *et* عمرة *appellatae officiis satisfecit, nomen actionis est* قران*, minus vero probanda est forma verbi quarta eodem sensu adhibita.*" In his aeque et in iis, quae ex Meidanio Golius sub voce مفرد attulit, erat suspicionis causa. Apud Haririum in scholiis p. 523 recta huius vocis explicatio legitur. Ex Djeuharii libro Golius vocibus ذو جرز *duri, crassi* significationem tribuit; sed in nostro, quo usi sumus, huius operis exemplari omnino desunt, in Kamuso ذو جراز leguntur. In explicanda voce جريف Golius voce Persica بيشه seductus fuit, non enim videtur *artis*, sed *densi et perplexi* significatio tribuenda, tum in Djeuharii opere frustra quaesivi. At vocem اجفا interpretatus est Golius verbis *secutus sectatusve fuit pecora nec pascere sivit.* Aut hic error ex vitiosa Djeuharii lectione ortus, aut quoniam Golius vocem اتبع altera cum voce اتعب permutavit; legitur enim in meo Djeuharii codice قال ابو زيد اجفيت الماشية فهى مجفاة اذا اتعبتها ولم تدعها تاكل „*Refert Abu-Saidus, verba* اجفيت الماشية *significare: Fatigasti iumentum moram vorandi non concedens. Tale iumentum appellari* مجفاة". Tum Giggeius et Castellus Firuzabadii verba والزبون الغبى والجريف مولد non bene intellexerunt. Vitium inesse iam vidit vir illust. Silv. de Sacy (*Chrest. Arab. T. III. p.* 186 *ed. alt.*), quem tanquam magistrum pio veneror animo, neglexit autem adnotare pro voce الجريف legendum esse الخريف, cui opinioni favet locus in Kamuso Turcico وزبون شاشقين وغبى ونادان ادمه دينور وبو مولد در يقال رجل زبون اى غبى وخريف.

Insunt quoque lexicographorum libris vitia quaedam aut ab auctoribus ipsis aut a scribis iisque, qui iis typis imprimendis curam gerebant, commissa, quae quo sunt leviora atque occultiora, eo difficilius deteguntur, praesertim, quum in huiusmodi libris vitiorum suspicio perraro in mentem incurrat. Quid, quod uno tantum Kamusi exemplari, editione Calcuttensi usus, conferendi codicis copia carebam? Magnam inde molestiam perpessus quum essem, in benignitate viri clarissimi Wilkenii bibliothecae Regiae Berolini praefecti solatium mihi exstitit, misit enim ad me Bonnam Kamusi exemplar Turcicum et quantum saepius in locis dubiis inspicienti mihi profuit, tantum viro illi debeo. Djeuharii exemplar ex bibliotheca Gothana, cuius usus amicitia atque benignitate doctissimi Moelleri, viri de nostris studiis optime meriti, concessus mihi fuit. Septem multum diversis partibus constat, non omnibus aeque bonis nec non destitutis maximam par-

tem vocalibus, ut facere non possem, quin saepius Djeuharium Turcicum, qui est in Academiae nostrae Bibliotheca, adirem. Ne vero quis, in Kamuso Calcuttensi reperiri vitia, temere dictum a me existimet, idcirco exemplis rem illustrabo adparebitque magnam in utendo adhibendam esse et diligentiam et cautionem.

Vox مجدل explicata est voce altera قصير, quae *brevem*, *parvum* designat; Golius vero *arcis* قَصْر significationem tribuit voci Djeuharii auctoritatem secutus, cui ut accederem movit me tum poetae Alcomaiti versus:

كسوتُ العلافيات هوجا كانها مجادل شد الراصفون اجتدالها

„*Sellas Ihlafiticas imposui camelis celeribus, quae arcibus firmiter ab aedificatoribus constructis similes sunt,*"

tum alter ab eodem Djeuhario adductus poetae Alachschae:

في مجدل شُيّد بنيانه يزل عنه ظفر الطاير

„*In arce ita firmiter aedificata, ut aves in eius muros ungues immittere non possint.*"

Vocis مُجْذَوذِي in Kamuso scriptionem esse falsam probat versus a Djeuhario adscriptus:

الستَ بمُجْذَوذٍ على الرحل دائبٌ فما لك الا ما رزقتَ نصيبُ

„*Nonne es abruptus, super sella lassus? Tum non est tibi portio, nisi quae dono datur.*"

Sub radice جحر voces واحتجر به explicatae sunt verbis الْتجأ واستعاذ; ego vero non dubito, quin sit استعاذ legendum. — Vocabulis حسف et حسيف explicandi causa adposita sunt verba جوش للحيا; rectum est جَرْش. Sub eadem radice ex verbis كفرح اجن وحسك, unum اجن in احن mutandum est. Quae sub radice حطم legitur vox حاطوم explicata altera voce حاضوم, ea voce هاضوم explicetur. Vox تَحَزَّقَ illustrata est altera تَنَقَّدَ; recta autem est scriptio تَنَقَّدَ. Vox جلحب cum derivatis mutetur in جلحب. Mutandum quoque المُخَمَّر, quod post حاكل est, in المُخَمَّس, et sic in Kamuso Turcico legitur. Vocem جلحِبة reddidit auctor verbis محص بالسمن, quis autem est, qui non legat محض بالسمن? Vocem خلق explicatam invenimus voce شكل, cuius rectior scribendi modus est شكل. Sub radice حمك pro voce اذلاء *viles*, *contemti* scribatur ادلاء *viae duces*. Tum Kamusi auctor vocem حَفَمة voce نُومة explicavit, qui scribendi modus et a Golio in appendice indicatus est, nihilominus legatur بومة. Huiusmodi vitia ut propter usum scripturae Cuficae orta videntur, ita quoque, ut opinor, eadem de causa, voces احتزل et احتزك, adnotante Firuzabadio, permutantur. Post vocem خَوْبٌ pro voce لَجَفٌ legatur لحف. Sub radice خرق sunt, ni fallor, verba او اذا بلغ ستة اشهر او سبعة اشهر in locum falsum translata. Sub radice خرم tria sunt corrigenda, unum خَرَزَة, pro quo خُوْرَة legatur, tum non recta videntur verba والاخير ومنقطع العين, quum desideretur rectus coniungendi modus, denique pro مخرم السيل legatur مخرم السيف. Sunt verba وبالتحريك شجر كالدوم

والحزام كشداد بينهما sub radice حزم, quibus nisi inest vitium, non bene locata ea sunt, non enim potest referri vox بايعه ad تجر الدوم; referatur potius ad funes, ut qui eos vendat, حزام nomen gerat. — Sub radice خسف linea quarta والجزور vitiose scriptum est pro والجرور. Voces ايام الخافقات sub radice خفق explicavit auctor verbis ايام تناصرت بها النجوم, pro quibus legatur necesse est ايام تناثرت من الطعام بها النجوم. Pagina 1157 linea decima sub radice خلف sunt verba اخر طعمه وبالفتح ج كصرد وذهاب; legendum autem videtur اخر طعمه ج كصرد وبالفتح ذهاب; pluralis enim خُلَف pertinet ad خُلْفة. In explicanda voce تبيلة vox المنهبة scripta est pro المنهبطة. Legas porro sub radice حرم pro شهر الله الاصب, quae falsa est lectio, شهر الله الاصم. Non minus falsum est, quod legitur vocis حروم explicandae causa adscriptum الناقة المعتاطة الرحم; legendum est المعتاصة الرحم. Apud vocem خشر scriptum reperitur خلاء pro جلاء, et sub radice حشم legis حشماء pro حشماء. Vocem حصان altera دِرّة explicatam legimus, talis autem est in Kamuso Turcico huius vocis explicatio, ut دُرّة enunciandum esse appareat. Vox autem مُحصَّن, quae *canistrum* (زبيل) designat, voce زِبيل *fimus* illustrata est. Quae vocis احتنن explicandae gratia adscripta legitur vox انتنّ, ea in ابتص mutetur. Vocis sextae coniugationi تحاجأ Kamusi auctor tribuit sensum ان يورم استه ويخرج موخره الى ما وراءه; sed magis convenit verborum sensus اذا تورّم وخرج استه, qualia sunt in Kamuso Turcico adnotata. Tum Kamusi auctor vocem خرّ reddidit verbis حبة مدورة; sed non est dubium, quin sit legendum, حبة مدورة. Sub radice خفر pro تشوير legas تسوير, sub خلص in locum vocis نشط substituas تشظّى. Denique sub radice تمر sunt verba والم الجي وصداعها, quae non sunt, quin mutentur in والم الخمر وصداعها. Sed lectores ne fatigem, sufficiant quos enumeravi locos tum ut intelligatur, plura esse in Kamusi opere vitia, tum magna opus esse et diligentia et cautione ad ea detegenda atque corrigenda.

Atque etiam alia sunt in lexicographorum libris silentio non praetereunda, quorum primum est, quod plura aut nimis breviter aut non satis dilucide explicaverunt auctores. Sub radice حدل Firuzabadius scripsit حدل الحب في السنبل اذا وقع, quibus in verbis, quid velit وقع, dubitare licet. Magis aperte Djeuharius قوى scripsit. Neque autem sub voce الحندل facilia sunt intellectu verba ما يقله الرجل, nec, quibus vox الحوادى illustratur الله تجدو في سيرها كانها تقلع. Non minus obscurum est توصل in verbis اذا لم توصل, quibus, quid sit رحم جداء significare studet, nil enim sub radice وصل, quo huius formae sensus aperiretur, inveni. Vox جمام altera راحة redditur, sed num *vola manus* sit, quae est vocis magis usitata significatio, an *quies* origini magis conveniens, in dubium vocari potest. Non minus quoque legens erit incertus, quae sit ultima vocis حق significatio. Quibus autem de rebus remanere videbatur dubii locus, addere auctoris verba, ut alii et rectum videre et errorem detegere possent, non neglexi.

Tum sunt in Firuzabadii opere, quae quo pertineant, non facile est dictu; sed uno tantum exemplo, quod prae manu statim incurrit in oculos, dilucidare rem placet. Sub radice جر quae sequuntur verba leguntur والجراجر الصخام من الابل واحدها الجرجور وبالضم العصاب وجرجرايا ع والكثير الشرب والماء المصوت. Quod si his in verbis loci rationem habes, ad vocem جرجرايا referendae sunt significationes duae posteriores, quod quum fieri nequeat, ad vocem جراجر vocali Dhamma enunciandam spectent, necesse erit.

Sunt denique in Arabum lexicis, quae, quum essent Arabes lectores, ad unum omnibus nota, explicare operae pretium non habuit auctor, adscripta voce معروف *nota.* Ita vocis سويق minus usitata vini (خمر) significatio adscripta est, caeterum addita voce معروف *notum.* Quae res non potest, quin interdum paret legenti molestiam. Kamusi auctor voces جذيذ et جذيذة altera voce سويق explicavit et Golius conservata voce سويق addidit *Frumentum decorticatum confractumque*, tum vocem ipsam سويق reddidit altera *polenta*, *ptisana.* At vocem جرب omnibus notam habere significationem dicunt, nec non جاورس esse granorum nomen, quae omnibus nota sint.

Quid quod in tanta tum verborum tum significationum multitudine, in frequenti verborum usu poetico aut nesciunt lexicographi aut saltem dubitant, quaenam sit tribuenda voci significatio. Solent enim hanc propter causam interponere pluribus vocis significationibus particulam او *vel*, quam in libro meo retinendam esse censui. Ex exemplis paene innumerabilibus, ne lectores copiae taedium capiat, unum tantum eligere placet. Sub radice جرنبذ leguntur verba وفرس مجرنبذ القوايم كذلك او هو القريب القدر في تنكيس الراس وشدة الاختلاط مع بطء احازة يديه ورجليه او هو قرب السنبك من الارض وارتفاعه. Quatuor attulit auctor verba فرس مجرنبذ intelligendi modos, ex quibus qui rectus sit, haerere videtur. Quod qui auctorum ignorantiae tribueret, vehementer erraret, in linguae enim ditissima ambiguitate positum id esse, ut ex aliis ita praecipue ex loco carminis celeberrimi Caabi in laudem Muhammedis dicti apparet. Versu vicesimo quinto camelam describens verbis قنواء في حرتيها usus erat poeta. Quae audiens Muhammedes quum interrogasset socios de sensu vocis حرتيها, pars tacuit, pars oculos esse dixit. Ipse Muhammedes aures significari voluit.

Tractanti autem scriptorem, sive Arabs hic sit, sive non sit, ut novas in eo verborum significationes detegat, eadem quam in lexicis, haud scio an maior etiam diligentia adhibenda sit atque cautio. In rebus naturam spectantibus Domairii et Kazwinii opera adhibuisse me dixi. Cernitur autem in scribendis nominibus tum plantarum tum animalium obviorum in codicibus Arabicis versionibusque Persicis, quos Parisiis aut Lugduni Batavorum inspexi, tanta diversitas, ut qui sit rectus enunciandi modus haud facile intelligatur. Nec quae Forskålius in libro suo adnotavit, tanta, quantam optare licet, fide gaudent. Quam habuit vir immortalis rerum profundam cognitionem, non eandem possedit linguae Arabicae, ut in scribendo, aut quia male audierat, aut ab Arabibus imperitis seductus, gravissime saepe laberetur. His quodammodo consentanea leguntur verba celeberr. Sprengelii in *historia rei herb. T. I. p.* 238. „Olim quidem credidi, Forskålei et Niebuhrii opera summum posse auxilium adferre, siquidem arabica nomina ipsa plantarum indici copioso addiderint. Curatius autem examen docuit, non magna inde speranda esse, quum nomina plantarum fere ubique alia sint, ac ab Arabicis scriptoribus usurpantur." Quam autem rei causam in una tantum re vidit vir doctissimus, ea in pluribus simul posita videtur, et non possum, quin alia esse plantarum, addoque animalium, nomina in aliis regionibus plane assentiam.

Videndum quoque, ne in significationibus verborum novis admittendis temere assentiamus, ut enim quaeque lingua ditissima est et verbis et verborum significationibus, ita quisque in interpretandis scriptoribus facillime errat. Ut vero, si alios temere sequimur, periculosum, sic non erit laudandum, si in Arabicis scriptoribus novi nimis cupidi significationes quaslibet novas detegere studemus. Magna est prudentia atque cautio adhibenda, saepius repetenda rei inquisitio. Quapropter lexica Arabica et carminum alio-

Itaque librorum explicationes perquirere, quam in legendis scriptoribus, ut novas invenirem significationes, tempus consumere ratius duxi. Si probatae mihi videbantur significationes, nudas eas adscripsi, sin minus, verba auctoris addidi.

Tertium est, quod lexicographo observandum videtur, ut accurate atque dilucide, non multis sed rei aptissimis verbis significationes definiat, ne ulla legenti de sensu dubitatio relinquatur; plurimi enim existimo interesse ad scriptoris verba recte intelligenda, significationes a lexicographo definitas non vagas esse, sed accurate et distincte explicatas. Id vero quum in quaque lingua difficillimum sit, tum ab eo, qui lexicon Arabicum conscribit, in omnibus sine ulla exceptione vocabulis nec exigi potest neque praestari. Quid quod ipsi Arabes in multarum vocum significatione definienda dubitant et haesitant? Accedit, quod rei difficultas multum augetur quum vocis ambiguitate, tum nostra multarum rerum ignorantia. Voci Arabicae شجرة, ut paucis rem patefaciam, tribuenda est significatio *plantae cuiusvis, cuius super terram elatus truncus varios in aërem dimittit ramos*, maxime *arboris*. Quod si igitur Arabum lexicographi aut plantam aut arborem, mihi plane ignotam, voce شجرة designant, quid quaeso potest esse causae, cur unam aut alteram vocis significationem praeferam? Arabum autem lexicographos, quum et ipsi accurata rerum cognitione carerent, nec accurate neque dilucide tales res potuisse definire, quis est, qui non videat? Nec vero est minor difficultas in describendis membris partibusque corporis tum in homine, tum in equo, camelo caeterisque animalibus, partim enim ambiguae sunt voces Arabicae, qualis est vox عرق tam *venam* quam *nervum* designans, partim negligentius a grammaticis descriptae, quam quae a nobis accurate definiantur. Et breviter tantum tangere has ipsas res consueverunt Arabum scriptores. Iam vero quantum distat lingua Arabica ab ea, per quam interpretis munere fungi debemus! quam diversi sunt mores totaque et sentiendi et cogitandi et loquendi ratio Romanorum ab ea, quae apud Arabes est! Ita fit, ut non solum singulis vocibus interpretandis saepius desint apta in lingua latina verba, verum etiam, ut totae res in ipsa lingua Arabica facilius intelligi quam in aliena lingua explanari possint. Ubi igitur res aut dubia aut accurate dictu nimis difficilis videbatur, Arabica addere placuit. Eademque causa, quum rei potius quam verborum habenda esset ratio, impulit ut in verborum interpretatione a Romanorum loquendi modo non raro recederem, cui rei veniam dent lectores benevoli!

Quarta autem, quae restat, lexicographo minime negligenda res, in eo posita est, ut sit verborum atque significationum aptus ordo. Duplex in verbis disponendis adhiberi potest modus et ordo, unus ut seriem litterarum sequamur, alter, ut originis habita ratione, quamlibet vocem radici, e qua originem duxerit, adiungamus. Illa disponendi ratio quamvis facilior est et quaerendi molestiam utenti levat, tamen alteri praeferenda non videtur. Haec enim statim ab initio discentem quum ducat ad vocum originem et significationum causas indagandas, doceatque, quam in formandis vocibus secuta sit lingua rationem, tum memoriam multum adiuvat. Etsi vero non eandem haec in quaerendo praebet facilitatem, fieri enim potest, ut quae sit vocis origo, dubitare liceat, tamen, tot et tanta quum discenti paret commoda, in libro meo adhibendam putavi, sperans fore, ut quae vel minus probanda accidissent, excusationem vel necessitatis vel opportunitatis haberent. Huic alter, qui sequitur litterarum seriem, subiunctus est ordo, ut quae e radice derivandae essent voces, eae in litterarum seriem disponerentur. Qua in re quam ego viam ingressus sim, paucis dicendum videtur. Primum id studui, ut quae origine

proximae essent radici, voces, proxime sequerentur eam in verborum serie. Ceteras igitur omnes antecedunt voces, quibus sunt tres litterae, tum sequuntur voces quatuor aut plures habentes, denique sunt positae voces in initio una littera auctae. Radicibus quibus sunt quatuor vel quinque litterae, proprium, litterarum ordinem conservans, locum concessi, putabam enim fore, ut si a recepto ordine recederem, quaerendi facilitati consulerem, et quamquam earum plures a verbis, quae tribus litteris constant, derivantur, plures etiam sunt, quae diversam rationem sequantur. Ut vero in litteris ordo est adhibendus, ita in vocalibus non negligendus. Antecedunt ex vocibus eodem litterarum numero gaudentibus quae una vocali enunciantur; quae duabus vel pluribus, sequuntur. Primo loco sunt positae voces, quibus est vocalis Fatha, tum sequitur vocalis Kesre, denique vocalis Dhamma et hoc quidem modo 1) فَعْل, فِعْل, فُعْل; 2) فَعَل, فَعِل, فَعُل; 3) فِعَل, فِعِل, فِعُل; 4) فُعَل, فُعِل, فُعُل; nec aliter in ceteris.

Sed exposito verborum ordine, deinceps de significationibus dicendum est. Quibus in disponendis est ratio duplex, nam aut e radice aut una ex altera sunt derivatae. Utriusque ratio habenda, ut quemadmodum sint derivatae, ipso ordine adpareat. Anteponenda significatio princeps, significationes inter se cohaerentes loco coniungendae et quo magis absit a radice significatio, eo remotiorem habeat locum. Id quam sit difficile factu, neminem Arabicam linguam callentem fugiet, est enim saepius significatio, quam dixi esse principem, aut omnino deleta, aut ita mutata, ut cognosci nequeat. Significationes ipsas derivatas tanta interdum subiit mutatio, ut quominus eius cum principe cognationem intelligamus, impediamur. Tum disparentibus ex significationum serie pluribus, derivandi ordo non raro interruptus est. Collatis quidem inter se dialectis cognatis, fieri potest, ut quae in una deleta sit significatio princeps, in altera adpareat, sed quam sit id incertum et periculosum, sexcentis iam dudum probatum fuit exemplis, incidit enim in Scyllam, qui vult vitare Charybdim. Et profecto qui vel in lingua Hebraea vel Arabica id perficere tentarunt, infelicis eventus exemplis nos monere atque deterrere debent. Multo vero rem esse difficiliorem in lingua Arabica, quam in alia quacunque, tum ex eo, quod maxima est significationum multitudo, tum quod parum inter se nexu cohaerent, intelligitur. Gens Arabum ante Muhammedis tempus divisa in varias tribus, quae quum magnam terrarum Orientis partem incolerent, ut vivendi ratione sic moribus discrepabant. Quot igitur tribus, tot linguae Arabicae dialecti, et fieri non potuit, quin, qui variam in diversis regionibus et climatibus vivendi rationem sequerentur, variam quoque et vivendi rationi accommodatum loquendi modum excolerent. Multum quoque fecit ad varias linguae Arabicae dialectos excolendas atque exornandas, magnus, qui inter singulas tribus florebant, poetarum numerus, quorum quisque pro ingenii sui ratione, varie locupletavit linguam. Ita factum, ut lingua Arabica immensa verborum copia, nulli nisi poetis usitatorum gaudeat. Quas autem diversas Arabum tribus quum Muhammedes in unum populum coniunxisset, istarum dialectorum diversitas paene sublata fuit, et Muhammedis lege, Alkorano scilicet, quam omnes probabant, Koraischitarum dialectus regnavit, ita ut in istam ceterae omnes tanquam in ramum surculi insererentur. Hinc igitur tanta tam verborum, quam significationum immensa multitudo, qua lingua Arabica locupletata, imo obruta est, hinc illa in disponendis significationibus maxima difficultas. Plures enim saepissime ex illis dialectis ortae sunt significationes principes, multumque inter se discrepantes, plures quoque significationes derivatae, quae cum illa principe non cohaerent. Ex quo facilius intelligitur, non posse omnes huius

linguae et formas et significationes, quia derivandi modus lateat, disponi, quemadmodum derivandi naturae conveniat. Et fuit mihi interdum probabilis causa, cur ab accepto ordine paulo recederem et verba ipsis nominibus, e quibus originem duxerint, anteponerem, tum quo facilius in oculos quaerentibus incurrerent, id studui, ut, quae essent significationes magis usitatae, fieri si posset sine noxa, caeteras loco praecederent.

Atque haec quidem hactenus. Patefactus est enim locus ipse, ut non sit difficile in adhibendo libro, quod cuique sit agendum videre. Tibi autem, Vir doctissime, carissime Roedigere, non possum quin praefationi finem facturus pro eo, quo corrigendi muneri praefuisti, singulari studio atque diligentia gratias agam amplissimas. Quas ego Tibi persolvere non possum gratias variis in opus meum meritis Tuis satis dignas, eas in conscientia pulcherrimi facti inque omnium eorum, qui his litteris favent, grato erga Te animo percipias! Vos denique omnes litterarum Arabicarum amantes, fautores, patronos etiam atque etiam rogo atque oro, ut libro cum diligentia utamini, vitia in eo commissa corrigatis mihique erratorum veniam humaniter atque benevole detis. Valete.

Scripsi Bonnae Calend. Febr. MDCCCXXX.

ا

أ Littera *Alif* in lingua Arabica vario usui inservit, eamque ob causam a grammaticis Arabum variis nominibus appellatur, quae afferre a re alienum non erit. 1) Primum aut a) أَصْلِيَّةٌ *Radicalis* ut in voce أَمَرَ aut b) قَطْعِيَّةٌ *Separabilis* ut in voce أَحْسَنَ aut c) وَصْلِيَّةٌ *Coniungenda* ut in voce اِسْتَغْفَرَ appellatur. Tum 2) pro vario in lingua usu varia accipit nomina a) فاصلة *Separans* in voce بعدوا, quod litteram Pluralis notam a sequente separat, ne pro copula و habeatur, et in voce اِفْعَلَنَّانِ, in qua ea utrumque ن disiungitur; b) عاملة et الف العبارة *Significans* vel *efficax* ut in verbis أَنَا أَسْتَغْفِرُ اللّٰهَ; c) contra المَجْهُولَةُ *Ignorata* ut in formis فَاعِل et فُعُول, in quibus nil nisi vocalem *A* longiorem reddit; d) الف العوض *Vicem explens* quia loco Nunnationis est ut in عَبْدًا pro عَبْدٌ; e) الف الصلة *Coniungens* quia Vocalem *Fatha* in fine versus cum littera antecedente coniungere dicitur ut in voce الضَّمِيرَا; f) الف النون الخفيفة *Alif levioris Nun* ut in voce لَنَسْفَعًا; g) الف الجمع *Alif Pluralis* ut in vocibus مَسَاجِد, جِبَال; h) الف التفضيل والتقصير *Alif praestantiae et defectus* ut in his أَجْبَلُ مِنْهُ et أَدْوَمُ مِنْكَ; i) الف النُّدْبَة *Alif planctus* ut in وَا زَيْدَاهْ; k) الف التانيث *Alif feminini* ut in vocibus حُبْلَى, حَمْرَاء; l) الف التعايى *Alif negligentiae*, quam aliquis adhibere solet, inceptum sermonem territus abrumpens ut in verbis إِنَّ عُمَرَ آ utique Ohmar ah....; m) الفات المدّات *Litterae Alif extensionum* ut in compluribus vocibus ut كَلْكَال pro كَلْكَل, خَاتَام pro خَاتَم; n) الالف المحوّلة *Alif permutatum* nempe ex littera و vel ي ut بَاعَ pro بَيَعَ et قَامَ pro قَوَمَ; o) الف التثنية *Alif Dualis* ut in يذهبان etc.; p) الفات الوصل *Litterae Alif Coniunctionis* ut in pluribus vocibus sicut ابن, ابنة, امرء, اسم etc.

أ *Particula a voce sequente inseparabilis* 1) *Vocandi particula* (الف النداء); *sed tantummodo usurpatur, quum is, quem advocas, in propinquo est* O, heus! 2) *Particula interrogandi* (الف الاستفهام) Num, an; أَكَذَا Itane? *significat vero* Utrum — an, sive — sive, *si* أم *sequitur. A poetis* أ *interrogationis omittitur. Post hanc particulam* ف *et* و *saepius pleonastice ponitur* أَلاَ, أَفَلاَ, أَوَلاَ Nonne? أَفَمَنْ Num quis? أَوَلَمْ *et* أَوَلَمَّا An non? an nondum?

آ *vel* أَا 1) *Particula eminus vocandi* Heus, o, 2) *particula deridendi* Hui, vah.

آءٌ *et* آءٌ Sonus آ 2) *Coll. nom. unit.* ة Nomen fructus, quo coria inspissantur (*non est nomen arboris ut Djeuharius dicit*).

آحِ *et* أَحِّ *Vox quae ei dicitur, qui rem non vult*: Apage, Vah

أَحْ Sonus tussientis

أَحِّ *et* آحِ *pro* إِحِّ Albumen ovi.

أَارْغِيس Cortex radicis oxyacanthae sive berberis. *Vox barbar.*

آسٌ *Coll.* Myrtus, Reliquiae vestigia rei, Sepulcrum, Socius, dominus.

أَاطْرِيلاَل Gingidii species.

آهٌ Dixit آهٌ Ah, Heu (vid. اوه).

آبٌ et **أَبٌ** Nomen mensis Augusti. *Vox Aramaea.*

أَبَّ *F. o. i.* 1) Movit rem *c. acc.*, commovit *manum ad gladium c. a. et c.* الى *r.*; 2) *n. a.* أَبٌّ , أَبَابَةٌ , إِبَابَةٌ Desiderio rei impletus fuit *c.* الى ; اب الى الوطن Desiderio patriae plenus fuit, *vel etiam* Tetendit in patriam; أَبَّ أَبَّهُ Fecit id, quod sibi proposuerat; 3) *n. a.* أَبٌّ , أَبَبٌ , أَبِيبٌ , أَبَابَةٌ Paravit se ad aliquid *c.* لِ *r.*, paratus fuit ad iter; 4) Paratus destinatum impetum intentavit, in fugam coniecit impetu fortissimo; 5) *intrans.* Bene instituta fuit (vitae ratio). II Clamavit, vociferatus fuit. V Raucedine correptus fuit eaque laboravit, admiratione adfectus fuit *c.* ب *r.* VIII *i. q.* I, 3.

أَبٌّ *Pl.* أُبُوبٌ Propositum, Pabulum, Pratum, Quidquid terra producit.

أُبَابٌ Aqua, Fons *et id. q.* السَّرَابُ ; هو في ابابه *i. q.* هو في جهازه.

أُبَابٌ Fluxus ingens, Fluctus, Unda *i. q.* عباب Magna moles aquae *maris.*

أَبِيبٌ Nomen mensis (Iulius).

أَبَابَةٌ Institutum agendi, Vitae ratio, Regulae. أبت ابابته Recte instituta erat eius vitae ratio.

إِبَّانٌ *Id* ابن *a grammaticis refertur, quod vide.*

أُبُوتٌ Locus herbosus, Pratum.

أَبَتَ *F. o. ut* أَبِتَ *F. a. n. a.* أَبْتٌ *et* أُبُوتٌ Vehemens fuit aestu (*dies*). أَبِتَ *F. a.* Intumuit *ex potu c.* من *r.*

V Exarsit (*pruna*).

أَبْتٌ *et* **أَبِتٌ** *F.* 8 Aestu vehemens (*dies*, *nox*).

آبِتٌ Aestu vehemens *dies.*

أُبْتَةٌ Vehementia (*irae*).

مَأْبُوتٌ *i. q.* محرور.

أَبَثَ *F. i.* Probrosis verbis traduxit, convitiatus fuit eum *apud regem c. acc. p. et c.* على *p.* b) أَبِثَ *F. a.* Potu lactis camelini inflatus et quasi inebriatus fuit (vid. أَبِتَ).

أَبِثٌ Protervus.

أَبَاثَى Satiati et procumbentes cameli.

مُؤْتَبِثَةٌ Uter qui impletur lacte et tum relictus intumet.

أَبْجٌ Aeternitas, saeculum.

أَبْجَدْ Vox ex quatuor primis alphabeti litteris ordine antiquo dispositis facta, qua Alphabetum significatur.

أَبَّخَ (*pro* وَبَّخَ) *n. a.* تَأْبِيخٌ Reprehendit *c. acc.*

أَبَدَ *F. i. o.* 1) Ferum et a consuetudine alienum evasit (*animal*), pavidum indomitum fugit; 2) *F. i. n. a.* أُبُودٌ Substitit *aliquo loco c.* ب *l.*; 3) Perennavit; 4) Difficile et haud intelligibile fecit *carmen* (*poeta*). b) أَبِدَ *F. a.* 1) Desertus fuit; 2) Iratus fuit, efferatus fuit, societatem fugit; 3) Obscure et intricate locutus fuit. II Terruit, fugacem reddidit, a societate alienavit, *n. a.* تأبيد Perennem fecit. لم افعل تابيدا *i. e.* لم آت بتبدة Hamas. p. 191 infr. V Efferatus fuit, indomitus fugit, a societate alienatus fuit, diu a patria absens fuit, Desertus fuit (*locus*) ab incolis, solitarius fuit *et idem quod* قل اربه في النساء parum rem habuit cum mulieribus, Maculis coloris inter rufum et nigrum medii affecta fuit (*facies*).

أَبِدٌ *i. q.* وَلُودٌ (*asina*, *serva*).

أَبَدٌ *Pl.* أُبُودٌ , آبَادٌ *Femin.* Res, quae initium quidem habet, sed fine caret (*conf.* ازل), Existentia perpetua tempore futuro, Sempiternus, aevum, tempus fine carens, proles unius anni. أَبَدًا semper. على الابد in sempiternum. *Vox* ابد *in accusativo pro adverbio* unquam *ponitur et cum negatione semper coniuncta est. Tum significat* nunquam. *Cum eodem verbo, vel cum alio eiusd. significationis coniungitur, quod vario fieri solet modo,* ut أَبَدَ الأَبَدِ , أَبَدَ الأَبَدِينَ , أَبَدَ الدَّهْرِ , أَبَدَ الآبَادِ , أَبَدَ الآبِدِ , أَبَدَ الأَبِيدِ , أَبَدَ الأَبَدِيَّةِ , أَبَدَ الآبِدِينَ. *Dual.* الأَبَدَانِ Serva et equa.

أَبِدٌ *i. q.* وَلُودٌ *(asina, serva).*

أَبِدٌ F. ة *(propr. quae frequenter parit* وَلُود*)* (asina, serva), fugax, immansuetus. الإِبِدَان Serva et equa

أَبِيدٌ Sempiternus, Planta quaedam.

أَبِيدَ الأَبِيدِ in sempiternum.

أَبَدِيٌّ Sempiternus.

آبِدَةٌ Animal fugax, pavidum, immansuetum, fera, res mira, peregrina, occulta, Malum, infortunium, res cuius memoria semper manet quum insueta et magna sit. *Pl.* أَبَدٌ Ferae *Pl.* أَوَابِدُ Infortunia, Versus mirae pulchritudinis et divulgati per regiones, ferae, perennes aves, quae semper in eadem regione manent, *conf.* قواطع

مُتَأَبِّدَةٌ Fugax, haud mansueta *(camela).*

أَبَرَ *F. i. o. n. a.* أَبْرٌ, أَبْرٌ, إِبَارٌ, إِبَارَةٌ 1) Pupugit (scorpio) *c. acc.*; 2) Absentem diffamavit; 3) Acum in esca dedit *(cani) c. acc.*, perdidit *(homines)*; 4) Palmam fecundavit maris insertione (تلقيح), Bene curavit palmam et sata *c. a. r.* b) أَبِرَ Bona, integra fuit res. II Palmam (fecundavit) et sata bene curavit *c. a. r.* V Fecundari se sivit. VIII Petiit ab aliquo, ut palmam vel sata bene curaret, Fodit (puteum) *c. a. r.*

أَبَار Plumbum *(Reisk. ad librum Rhazis de affectuum singularum corporis partium curatione).*

إِبَار *(Nomen)* Fecundum reddere.

إِبْرَة Ficus sycomorus *Forsk. Flora* p. CXXIV. *(rectius* … *vide* ابرة *in fine.)*

أَزَى F. i. n. a. أَزْيٌ, أُزِيٌّ Appositus rei, comprehensus fuit c. ل; 2) Collegit, contraxit; 3) n. a. أَزْيٌ, أُزِيٌّ Contractus fuit, collectus fuit c. الى; 4) Contracta, diminuta fuit (umbra) it. أَزِيَ; 5) Venit ad aliquem a loco, ubi securum se habuit, ut eum deciperet, dolum struxit c. ل; 6) Gravavit, laesit, vexavit (hominem) c. a.; 7) Diminuit (opes) c. a. II Laesit plus satis gravans c. a. III n. a. إِزَاءٌ De opere suo benemeritus fuit c. على r., aliquem metuit c. عن p., respondit rei et convenit c. a. r., aequali situ ex adverso respexit ut vid. pro حاذى, commensus, par fuit. IV Conduplicavit, multiplicavit, accessione ditavit, rependit pro re c. على r., diminuit c. a., formidavit, metuit c. عن, Vexavit c. a. p. V Recessit, abstinuit ab aliqua re prae timore c. عن, retinuit, cohibuit c. عن, attigit praedam (sagitta) et in ea commota fuit, Prope accesserunt ad invicem (vel propr. in sedendo. Ita Kam. Calc.).

آزٍ Dies magni aestus; 2) Ex canali bibens (camelus).

إِزَآءٌ Adminiculum (vitae), id quod ad sustentandam vitam pertinet, situs, res ex adverso respondens, بازايه e regione eius, هم ازاؤهم Ii sunt socii, aequales eorum. Canalis factitius ex ligno, lapide vel corio, qui ex puteo aliove loco aquam deducit in receptaculum, piscinam, locus, ubi urna effunditur (de qua significatione dubitat Reiskius), seu per quem in receptaculum fluit aqua, petra ad canalis formam excavata, id quod supponitur ad locum, ubi aqua effunditur, ne dispergi eam contingat, Causa seu adminiculum, quod ad aliquam rem facit et pertinet, ازا الامر Qui praeest negotio cum cura, ازا الحرب Qui accendit proelium et susti-

net, ازاء العيش Id quo sustentatur vita, commoditas vitae, ازاء المال Administrator opum.

أزى *n. a.* تأزية Canali ازاء dicto instruxit. V *idem.*

أس Vox propellentis et arcentis oves.

أُس Vox, qua audita se submittit serpens.

أسّ *n. a.* أسّ 1) Dicendo *is is* propulit (ovem) *c. a.*; 2) Corrupit.

أُسّ *et* إِسّ *Pl.* إساس, آساس *et* أساسات Fundamentum, principium rei, vestigium rei, quod reliquum manet, خذ أس الطريق Sequere viae vestigia (*i. e. quando nil nisi vestigia vel excrementa iumentorum adsunt, ex quibus via cognoscitur*), (latera occipitis, funes vel quaecunque ad rem pertinent, familiaritatem adsciscens, mansuescens *Gol.*), corruptio, constrictio, excrementa, stercus apum, aedificatio domus, كان ذلك على اس الدهر Hoc semper erat.

أُسّ Arbor quaedam.

إِسّ Reliquiae cineris, Cor hominis, Vestigium cuiuslibet rei.

أَسَس Fundamentum aedificii.

أَسَاس *Pl.* أُسُس *id.*

أسّس *n. a.* تأسيس (*ab* أسّ) Fundamentum designavit, iecit, iacto fundamento stabilivit *c. a.*, اسس الاصول Fundavit regulas generales et capitales.

أَسِيس Quod pro re aliqua sumitur, fundamentum, origo cuiuslibet rei.

تأسيس (*in Prosodia*) Alif quiescens quae est antepenultima littera ab ea, quae روى appellatur. *Penultima enim* دخيل *appellatur. Ex gr. in voce* عاقل *littera* ل *est* روى, *littera* ق *autem* دخيل, *et littera* ا *denique* تاسيس.

أسارون Herba, quae ex China affertur, multumque semen profert. *Describitur apud Avicennam L. II. p.* 127.

أَسَاسنو *Coll.* Arbutum, unedo.

أساف Nomen idoli.

إِسْب *Pl.* آساب (*Fortasse pro* وسب) Pili circa podicem vel ad alias genitalium partes, pubes.

آسَبَ IV *pro* اعشب Herbas protulit, luxuriavit pabulo et herbis (campus).

موسب Lanosus, lana abundans (aries).

اسبادرية Orichalcum.

اسبانخ *apud Forsk. Fl. Aeg. Ar.* LXXVII. *i. q.* اسفناج.

اسبتارى Hospitalarius (*ex Latina voce corruptum*).

اسْبَذ (*ex Pers.* اسب) Mas veredarii equi.

اسبريون Piscis species, lepras.

اسبيداج Cerussa (medicamentum) *Forsk. descr. anim. p.* 144.

اسْت *pro* اسّ Saeculum praecedens, aeternitas, على است الدهر Iam olim, a multo aevo; 2) *Pl.* أستات Nates, podex, anus, است الكلبة Aerumna, portenta, res horrenda, است المتن Desertum. *Prov.* اخطات استك الحفرة *dicitur in eum, qui id, quod voluit, non attigit. Prov.* انف في السما واسته في الما *in eum adhibetur, qui superbus incedit sine valore interno*, انت اضيق استا من ذلك Tu hoc non potes perficere.

استاخودس Lavandula stoechad? (*medicamentum*) *Forsk. descr. anim. p.* 146.

أُسْتَاد *et* أُسْتَاذ *Pl.* أَسَاتِيذ, أَسَاتِذَة *et* أُسْتَاذُون Magister, praeceptor, Magister principis pue[ri], herus, dominus, استاذ الدار Praefectus palatii.

اسْتَار *et c.* ة *Pl.* أَسَاتِير (*Graec.* στατήρ, *nonnulli tamen volunt esse Pers.* جهار) Stater *i. e.* pondus sex Dirhemorum. *Avicenna lib. V. p.* 268 *dicit*: Stater continet sex Dirhemos et duos Danekos et hoc est quatuor Mitskal.

استبرق Vestis serica crassior.

أُسْتُوتَاه Proh dolor! *c.* من *p.*

أُسُج *pro* وسج Cameli veloces.

الاسحاقية Nomen sectae a quodam Ishako ortae. Eius sectatores in eo, quod dicunt Deum in Ahlio imperatore habitasse, cum aliis النصيرية dictis consentiunt.

اسخلارية σχολάριον Ii, qui ministri in scholis palatinis (σχολαί) erant, et qui custodiam principis gerebant.

أَسَدَ F. i. Excitavit dissidium, tumultum c. بين; 2) Contumelia affecit et conviciis insectatus fuit c. a. سبع. II Impulit ad aliquid c. a. p. et a. r. IV et أَوْسَدَ Addito animo excitavit (canem in praedam) c. a. et ب r., Concitavit dissidium c. بين. X et اسْتَوْسَدَ Incitavit, impulit. b) أَسِدَ 1) Conspecto leone cohorruit, timore perculsus, pavidus fuit; 2) Leoni similis fuit, iratus fuit, imprudens, temerarius fuit. V Leonis instar fuit, eius more furorem concepit. X Audax leonis instar fuit, strenue irruit c. على, ad iustam magnitudinem pervenit, alta fuit (planta), invaluit, convoluta fuit.

أَسْد i. q. أَزْد Nomen tribus.

أَسَد Pl. أُسْد, أُسُد, آسُد, آسَاد, أُسُود, أُسْدَان, مَأْسَدَة Leo, الاسد Nomen sideris *Ideler üb. d. Sternnamen p.* 161 *sqq.*

أَسَدَة Leaena.

أُسْدَة Septum in campo, ubi (noctu imprimis) pecora custodiuntur contra feras, venationi assuefacta (canis), lignum transversum in medio navis, arbor navis (الصارية).

أَسَادَة pro وسادة Pulvinar, cervical.

أُسْدِى Vestis seu panni genus.

أَسَدِى Plantae genus.

أَسَدِى Ex tribu Asad oriundus.

مَأْسَدَة Pl. مَآسِد Locus leones alens, leonibus abundans.

أَسَرَ F. i. n. a. أَسْر 1) Constrinxit, colligavit, firmavit; 2) n. a. أَسْر, إِسَار Vinxit loris, captivum fecit c. a. p., abduxit; 3) Creavit, condidit; 4) أُسِرَ n. a. أُسْر Ischuria laboravit. II Arcte constrinxit, firmiter vinxit. V Causam quaesivit, cunctatus fuit c. على. X Vinxit, in captivitatem dedit c. a., in captivitatem venit, se captivum dedit, totum se dedit alicui c. ل.

أَسْر Lorum, هذا الشى لك باسره Haec res tibi est cum loro suo i. e. universa, باسرهم Omnes, universi (conf. بِرُمَّتِهِ) Firmitas corporis et naturae, Quod aliquis ischuria laborat, شَدَدْنَا أَسْرَهُمْ triplici ratione in Camuso explicatur his verbis: اى مَفاصِلَهُمْ او مَصَرَّىِ البَوْلِ والغائِطِ اذا خَرَجَ الأَذَى تَقَبَّضَتَا او مَعْنَاهُ انّهما لا يَسْتَرْخِيَانِ قَبْلَ الارادة.

أُسْر Captivitas, captiverium, suppressio ac retentio urinae, عود أُسْر pro عود يُسْر Lignum, quod ventri eius imponitur, qui ischuria laborat (aut prius vitiosum).

أُسْر Vitrum.

أُسُر Pedes ac fulcra solii, latus sinistrum.

إِسَار F. ة Pl. أُسُر Lorum ex corio, quo aliquid constringitur, Captivitas, Sinistra pars (pro يَسَار).

أُسْرَة Pl. أُسَر Lorica firma, cognatio, affinitas seu cognati, affines, agnati stirpis paternae.

أَسِير Pl. أُسَرَاء, أُسَارَى, أَسَارَى, أَسْرَى Ligatus, constrictus (loro اسار), Captus, captivus, convoluta, implexa (herba).

أَسِير Vinctus, captivus. (Gol. ex Camuso, de quo dubito.)

إِسْرَار Nomen arboris, quae in littore, quin in ipsa aqua sinus Arabici nascitur.

أُسْرُبّ Plumbum, plumbum nigrum.

أُسْرُنْج Sandix, genus minii factitii ex cerussa torrefacta.

أُسْرُوع Pl. أَسَارِيع Eruca vermis.

أَسْرُون et أَسَارُون ἄσαρον Quaedam radix aromatica.

إِسْرَافِيل Seraphim.

إِسْطَبْل Pl. أَسَابِل σταβλίον Stabulum.

إِسْطَرَاغِيلُس ἀστράγαλος.

أَسْطُرْلَاب ἀστρολαβόν Astrolabium.

إِسْطَفْلِين, إِسْطَفْلِين, إِسْطَفِين σταφυλῖνος Pastinaca.

إِسْطَقِس Pl. إِسْطَقِسَّات στοιχεῖον Elementum, rei princi-

pium, Quod ipsa res, quae erat, esse desinit, quando elementum res ipsa fit.

أُسْطُورَةٌ *Pl.* أَسَاطِيرُ ἱστορία Historia, fabula.

اسطوروس ὄστρεον *Teif. c.* 1. *p.* 47.

اسطوقودس Stoechas Arab. *Reiske ad Rhazis librum.*

أُسْطُولٌ *Pl.* أَسَاطِيلُ στόλος Classis.

أُسْطُوَانَةٌ *Pl.* أَسَاطِينُ , أَسَاطِينَةٌ *a Pers.* أُسْتُون Columna, cylindrus, porticus columnis fulta.

أَسِفَ *F. a. n. a.* أَسَفٌ 1) Moeruit, cum sollicitudine dolorem concepit *c.* على *r.*; 2) Iratus fuit *contra aliq. c.* على, aegre tulit *c.* على. IV Moerore affecit, ad iram provocavit *c. a.* V Indoluit, moerore affectus fuit, ingemuit *c.* على.

أَسَفٌ Dolor, angor, tristitia vehementior. *(Hoc potius nomen actionis.)*

أَسِفٌ Iratus simulque moestus, indignabundus, iracundus, in iram pronus, insignis tristitia, *F.* ة Sterilis *terra.*

اسَافٌ Solum tenuis et exilis terrae, sterile.

أَسُوفٌ Moestus, facile concipiens aegritudinem, tener animo et ad dolorem pronus.

أَسِيفٌ *F.* ة *Pl.* أُسَفَاءُ Pronus in tristitiam, dolens, tristis, servus, mercenarius, assecla, cliens, sterilis (ager), senex decrepitus, Is qui difficile pinguis redditur.

يَا أَسَفَى *Dolendi et ingemiscendi formula* ah! heu.

أَسَافَةٌ Tristitia vehementior, dolor, servitus.

أُسَافَةٌ Solum tenuis et exilis terrae, sterile.

أَسْفَرَاجٌ ἀσπάραγος Asparagus.

اِسْفِسْتُ *Pers.* Medica.

اِسْفَنَاجٌ *et* اسفاناج *Pers.* Spinachium. Spinacea oleracea. *Sprengel hist. rei herb. p.* 270. *Avicenna L. II. p.* 136.

اِسْفَنَارِيَّةٌ Siser, pastinaca sativa, cuius lutea est radix.

اِسْفَنْجٌ *et c.* ة σπόγγος Spongia, globulus, edulii genus quod ex farina similacea paratur cum aqua ad lentorem agitata et in rotundiorem formam coactum in oleo coquitur.

اِسْفَنْدٌ *et* سِفَنْدٌ Sinapi album, *et* أَسْفَنْدٌ (*vox exot.*) Vinum.

اِسْفَنْطٌ (*sec. nonnullos vox Graeca*) Vinum.

اِسْفَهْسَلَارٌ Stratiarcha, imperator exercitus.

اسفهسلاريّة Dignitas, munus stratiarchae.

اِسْفِيدَاجٌ *Pers.* Cerussa, gypsi genus, luti s. terrae, quae pinguiores maculas e vestibus abstergit.

اسفيدبا *i. q.*

اِسْفِيدَبَاجٌ *Pers.* Album cibarium, quod ex carne, cepis, oleo, butyro et caseo sicco paratur.

اِسْفِيوشٌ Psyllium, eiusque semen.

أَسْقَلَبِيَاسُ ἀσκληπιάς Herbae species.

اِسْقَنْقُورٌ σκίγκος Scincus, lacertae Aegyptiae genus.

اِسْقُورْدِيُونٌ σκόρδιον Allium serpentinum.

اِسْقُورُونٌ σκωρία Scoria.

اِسْقُولُوفَنْدَرِيُونٌ σκολοπένδριον Splenium.

اِسْقِيلٌ σκίλλα Scilla (*i. q.* بصل الفار).

اِسْكَةٌ *Pl.* أَسْكٌ *et* اِسَكٌ Labrum naturae muliebris, ora vulvae. *Dual.* أَسْكَتَانِ Labium, ora uteri, aut eius duo latera, quae tangunt eius duo labia, aut duo labia naturae feminae.

مَأْسُوكَةٌ Illa, in qua circumcidenda mulier vitium commisit et alias partes laesit.

الاسكافيّة Nomen sectae eorum, qui originem ab Abu-Djafaro Aliscaf duxerunt.

اسكرديون Scordium (medicamentum). *Forsk. descr. anim. p.* 146.

أُسْكُرُّجَة *Deminut.* أُسَيْكِرَة *et* أُسَيْكِيرَة (*vox exotica*) *i. q.* مُقَرِّبُ الخَلِّ.

أَسَلَ *n. a.* أَسْل , أَسَالَة Promissior fuit genâ *vir.* II *n. a.* تاسيل Pervenit (*humiditas pluviae*) ad extremitatem manus, succidit, acuit in mucronem. V Similis fuit (patri) *c. a.*

أَسَل *Coll.* Iuncus quo storeae plectuntur, arbor quaelibet longas habens spinas, spinae palmarum, spina longa, hastae, spiculum, cuspis.

أَسَال *Plural. sine Singulari* Similitudo, signum, هو على اسال من ابيه Ille patri suo similis est.

أَسَلَة *nom. unit.* Extremitas linguae, res iuncea, lignum omne rectum, veretrum cameli, penis longior, nervosior et excarnis, extremitas tenuior (*cuspidis*), pars (*tenuior*) prior adiutorii brachii vergentis ad nodum manus, caput vel extremitas (calcei).

أَسُول Propendulum habens ventrem, propendens in terram nubes.

أَسِيل *F.* ة Laevis, aequabilis, promissus, longus (*de gena*).

أَسَلِيَّة Litterae ص س ز, *quoniam extremitate linguae* (اسلة) *proferuntur.*

مُوَسَّل Acuminatus (*de qualibet re*).

اسم *vid.* سمى.

أُسَامَة *et* الأُسَامَة *Nomen propr.* Leo.

الاسماعليّة Sectae eorum, qui profitentur Ismailem Abu-Djafarum Alzadik duodecimum Imamum esse.

أَسْمَانْجُونَة *vox Pers. composita* Caeruleus, hyacinthus.

اسن Adipis reliquum, ad quod nova accessione facta animal pinguescit.

اسن *Pl.* أُسُون Nervus quo contorto chorda consistit.

أَسَنَ *F. o. i. n. a.* أَسْن , أُسُون *et* أَسِنَ *F. a. n. a.* أَسَن (*conf.* اجن) Mutato colore ac sapore fuit, foetuit (*aqua*); 2) *F. o. i. n. a.* أَسْن Palma manus vel pede natibus illiso percussit, pedis apicem impegit in nates *c. a. et c.* ل. b) أَسِنَ *F. a. n. a.* أَسَن Puteum aquae ingressus deliquium animi passus est, tetrum halitum hausit et ex eo habuit noxam. IV Superstitem in vita servavit. V Alterata, mutata fuit (*aqua*), male habuit ex halitu putei vel alius rei *c.* ب, Causam quaesivit, moram traxit *c.* على *p.*, Imitatus fuit, retulit (patrem), accepit mores (patris) *c. a. aut* Recordatus fuit temporis vel foederis praeteriti. X Corrupta fuit *interior pars arboris.*

أُسْن *Pl.* آسَان Indoles (*conf.* اسال), Ordo seu funiculus unus habenae, ex quorum plurium plexu illae contexuntur, Adipis reliquum.

آسِن Corrupta, foetens (aqua).

أُسُن Ordo seu funiculus unus habenae, ex quorum plurium plexu illae contexuntur, Adipis reliquum, ad quod nova accessione facta animal pinguescit.

أَسِينَة *Pl.* أَسَايِن Pars una chordae arcus ex quarum pluribus contorta est, lorum coriaceum unum ex pluribus, quorum plexu habena s. antilena contexitur.

أَسَا *F. o. n. a.* أَسْو *et* أَسًا *it.* أَسَى (*rarius et ob vitium*) 1) Medicatus fuit, sanavit (vulnus) *c. a.*; 2) Solatus fuit; 3) Discordiam composuit, pacem fecit *c.* بين. II *n. a.* تَأْسِيَة Medicatus fuit, solatus fuit, patientiam suasit, praecepit. III آسَى *n. a.* مُؤَاسَاة Solatus fuit, benefecit, adiuvit *c. a. p. et* ب *r.* IV أَسْوَى Consolatus fuit aliquem aliqua re *c. a. p. et* ب *r.*, reliquum servavit *c. a. r. et* ل *p.* V تَأَسَّى Patientia usus fuit, sectatus, imitatus fuit *c.* ب *p.*, solatio levatus fuit *c.* ب. VI Unus alterum consolatus est. VIII ائْتَسَى Imitatus fuit, solatium quaesivit, solatus fuit. X Solatium, auxilium rogavit *c. a. p.*

آسٍ *Pl.* أُسَاة , اساء Medicus.

أَسْيٌ Medicina, tractandi modus aegrotum.

أَسًى Patientia.

أَسَاءٌ Medicamentum, remedium.

اُسْوَة *Pl.* أُسًى Solamen, id quo levatur dolor, aequalitas, complementum, perfectio, imitatio, exemplar imitationi propositum, antistes, columen, ad solamen idoneus.

إِسْوَة *Pl.* إِسًى *id.*

أَسْوٌ *Pl.* آسِيَةٌ Medicamentum *impr.* vulnerarium; medela.

أَسِيٌّ *Pl.* آسِيَةٌ Sanatus a vulnere.

أَسَاوَةٌ Medicina, ars medica, medela.

آسِيَةٌ *Pl.* أَوَاسِي Mulier medica, chirurga, femina quae circumcidit puellas, columna *spec.* maior, fulcimentum, quo non domus tantum, sed aliae quoque res sustentantur, columen, praesidium, firmum *aedificium.*

أُسْوَارٌ *Pl* أَسَاوِرَةٌ (*Pers* سوار) Eques, Dux Persicus sagittariae et equestris artis bene gnarus.

الأسواريّة Nomen eorum, qui ab auctore Alaswari nomen gerunt, et in multis placitis cum aliis qui نظّاميّة nomen habent, consentiunt.

أَسِيَ Residuum reliquit *propr.* de carne aliquid *c.* ل *p.* *et* من *r.* b) أَسِيَ *F. a n. a.* أَسًى Tristis, sollicitus fuit, doluit *c.* على, doluit vicem *c.* ل *p.*, contristavit.

آسٍ *f.* آسِيَةٌ Tristis.

أَسًى Tristitia.

آسَى *compar.* Tristior.

أَسِيٌّ Afflictus dolore, deiectus animo.

أَسِيٌّ Reliquum, vestigia domus, res sequiores utensilium domus.

أَسْوَانُ Tristis.

أَسْيَانُ *F* s *Pl.* أَسْيَانُونَ *et* أَسْيَانَاتٌ, أَسَايَا, أَسَانُونَ, أَسْيَيَاتٌ Tristis.

اسيوس Ἄσιος lapis, flos summo lapidi insidens, sali similis.

أَشْ *pro* أَيْش *et hoc pro* أيّ شي *in idiomate vulgari* Quaenam res? quid?

آش *nempe* ولا آشِ شَيْئَهُ آش Eum non expergefaciam ad cogitationem et ad instruendam eam rem, quam instruere volo.

أَشَّ *F. i. n. a.* أَشٌّ Agilis, promtus fuit, exultavit (*conf.* هشّ).

أشّ Promtum esse ad malum perpetrandum, petulantia, insolentia. Panis siccus, أَلْحِق الحَسَّ بِالأَسِّ Refer par pari; quod tibi fit facito.

أَشَاشٌ Lubentia, alacritas, exultatio, petulantia.

أَشَاشَةٌ *id.*

أَشَبَ *F. i. a. n a.* أَشْبٌ 1) Reprehendit, vitio vertit vituperavit *c. a. p. et* في 2) *F. i.* Miscuit, implicuit *c. a. p. et* ب *r.* b) أَشِبَ *F. a. n. a* أَشَبٌ Implicata, convoluta fuit (arbor). II. *n. a.* تَأْشِيبٌ Irritavit, excitavit dissidium *c.* بين, convolutam reddidit (arborem), densas reddidit (arbores) *c. a.* V Implicata, convoluta fuit (arbor) commixtus, confusus fuit prae multitudine (populus), hinc inde congregatus fuit, aggregatus, congregatus fuit, se recepit ad *c.* الى. VIII Commixtus fuit, congregatus fuit, se recepit ad aliquem *c.* الى *p*

أُشْبَةٌ Simultas, negotium intricatum, palma implicita

أَشِبٌ Commixtus, confusus, implicitus, perplexus, densae (arbores), implicitus arboribus obsitus *locus*

يوم أَشِبٌ Dies miscens tumultum, confusus, dies belli etc

أُشْبَةُ (*nom. propr.*) Lupus

أُشَابَةٌ *Pl.* أَشَائِبُ Miscella turba (hominum), res miscellae, opes per fas et nefas acquisitae. (*Pl* أشايب Turbae mixtae *ortum esse volunt ex Persico* اسوب, *conf rad* سوب)

أُشْبَانِي Rubicundus, valde ruber

مُؤَتَشَبٌ Misti generis (populus), haud sincero et mixto genere oriundus (vir)

أَسْفَلَاتُوس ἀσπάλαθος

أَشْتَرْغَار *et* أَشْتَرْغَاز *Pers.* Carduus (*Avicenn I II p* 130)

اشنبل (*in al. cod.* اشقبل) *i. q.* بصل الفار.

اشتبوان *i. q.* بسفانج.

أَشْج *i. q.* أَشَق.

أَشِح *F. a.* Iratus fuit.

أَشْحَان *Fem.* أَشْحَى Iracundus, iratus.

إِشَاح *pro* وشاح Fascia ex corio latior, margaritis et gemmis auroque plumata, qua femina imum pectoris inter mammas et hypochondria circumdat, aut quam femina a collo per transversum nectit sub oppositi lateris axilla.

أَتَّشَح *pro* وتّشح Indutus fuit *vestem* (وشاح). *c. a.*

اشخيصر ἰξία Chamaeleon albus.

أَشَر *F. o. n. a.* أَشْر 1) Secuit, divisit serra *c. a. r.*; 2) *F. i.* Incidit seu serratos fecit (dentes). b) أَشِر *F. a. n. a.* أَشَر Valde laetus, agilis fuit, laetitia exultavit, laetior in altum se extulit (planta), reciprocato exultu corruscavit (fulmen). II Crenatos reddidit (dentes), exacuit, serra dissecuit. IV Serra dissecuit. VIII *et* X Vocavit ad acuendos dentes *femina aliquem.*

أَشَر Laetitia exultans.

أُشُر Spinosa et serrata pars crurium locustae, nodosum caput caudae locustae duabus veluti chelis constans.

أُشُر Pulchritudo dentium.

أَشَر Laetitia exultans, lascivia, petulantia.

أَشِر *Pl.* أَشِرُون, أَشَارى *id.*

أَشُر *Pl.* أَشُرُون *id.*

أُشُر *Pl.* أُشُور Acies et acumen dentium, dentes falcis.

آشِر *i. q.* أَشَر.

أَشَرَة *i. q.* أَشَر.

أُشْرَة *i. q.* أُشُر *et Pl.* أُشَر Quod in strias crenasque incisum est, stria dentis ac crena, talis dentium forma.

أَشْرَان *Pl.* أَشَارى *et* أُشَارى Laetitia exultans.

مَأْشُورَة Crenatos dentes habens (mulier), amputatus.

تَأْشِير *Pl.* تَآشِير Id quo locusta mordet, eius dentes.

مِئْشَار Spinosa et serrata pars crurum locustae, nodosum caput caudae locustae duabus velut chelis constans, serra.

مُوشَر Attenuatus.

مِئْشِير *gen. comm.* Agilis lubensque (camelus, liberalis).

مَأْشُورَة Dentes crenatos habens (mulier).

إِشْفَى *Pl.* أَشَافٍ, أَشَافِي Subula, stylus sutorius quo coria perforantur.

أُشَّق *Pers.* (*vid.* وُشَّق) Hammoniacum.

اشقاقل Pastinacae sylvestris species.

أَشَك *i. q.* وَشَك (*videtur dialect. Hudseil.*) Celeritas.

اشكاطامن Nomen herbae similis erucae.

أَشْل Quantitas mensurae cubiti *apud Basrenses*; 2) *Pl.* أُشُول *Vox Nabathaea* Funis.

أَشِم *F. a.* (*pro* أَزِم) Doluit *c.* ب *r. et* على *p.*

أُشْنَة *Pers.* Muscus arboreus. *Ita in Cam. describitur* شي يلتف على شجر البلوط والصنوبر كانه مقشور من عرق وهو عطر ابيض.

أُشْنَان (*Vox Persica*, *Arabicum nomen est* حُرُض) Herba Alcali, cineres qui inde conficiuntur, *Avic. L. II. p.* 131.

تَأَشَّن V Cineribus Alcali lavit manus.

أَشَى *F. i. n. a.* أَشْى Finxit, commentus fuit (dictum) *c. a.* b) أَشِي *F. a. n. a.* أَشْى Necesse habuit. IV *pro* آشى Sanavit (*os fractum*). VIII *pro* ائتشى Convaluit, sanitati restitutum fuit (*os*).

أَشَى Macula alba in fronte equi.

أَشَاء *Coll. nom. unit.* أَشَاءَة (*eius deminut.* أُشَى) Palma parva *et gener.* palmae.

أَصّ *F. i. o.* 1) Durus, robustus fuit (*camelus*), compacta fuit caro (*cameli*); 2) Aliquis pressit alterum *c. a.*; 3) Fregit aliquid; 4) Mollem, glabrum reddidit *c. a.*; 5) *F. i.* Splenduit. II *n. a.* تأصيص Firmum reddidit, unam rem cum altera coniunxit, consolidavit. V *et* VIII Congregati sunt, convenerunt.

أَصّ *Pl.* أَصَاص Radix, imum rei, *ut* أس fundamentum.

أُصّ *Pl.* أَصَاص *id.*

أَصُوص Firmus, robustus, sterilis sed pinguis (*camela*), anicula (*camela*), *Pl.* أُصُص Latro, fur.

أَصِيص Tremor, labrum, vas figulinum in quo mingitur, vel res similis urceo, in quo portatur lutum, testa in qua seruntur plantae odoratiores, structura firma.

أَصِيصَة Domus invicem propinquae, هم اصيصة واحدة Illi congregati sunt.

أَصَبَ *F. i.* Nudus herbis et omni pastu destitutus fuit. (*Gol. ex Cam., sed non legitur in eius edit. Calc.; at* أصت *suo loco legitur*).

أَصَابِل *Pl. ab* اصطبل.

اصبهبد *Pers.* سپهبد.

أَصَتَ *F. i.* Herba omni pabuloque caruit *terra*.

أَصَدَ *et potius* IV *pro* أَوْصَدَ Cooperuit (*ollam*), occlusit ostium. II *n. a.* تأصيد Parvum indusium induit (*ab* أصدة).

أَصَاد Locus cavus inter montes, in quo restagnat aqua, receptaculum, limen. ذات الاصاد Nomen loci, et stadium quod aequabat centum sagittae iactus.

أَصَدَة *Pl.* أَصَد Locus quo populus convenit.

أُصْدَة Indusii minoris genus parvae puellae, vel quod induunt sub veste. (*Non consentiunt de significatione, conf. Hamas. p.* 223.)

أَصِيد *pro* وَصِيد Anterior pars domus, id quod ante fores est, extrema et exterior pars domus, locus medius inter limen seu portam et domum, locus qui nec publicum, nec interiora spectat, sive sit area sive sit vestibulum.

آصَدَة Locus cavus inter montes, in quo restagnat aqua, receptaculum.

أَصِيدَة *pro* وَصِيدَة *Pl.* أَصَائِد Caula, septum armenti; 2) *i. q.* أُصْدَة.

مُؤَصَّدَة Indusii minoris genus parvae puellae, vel quod induunt sub veste.

أَصَرَ *F. i. n. a.* أَصْر 1) Ligavit, fecit in tentorio funem اصار; 2) Inclusit, continuit, coercuit *c. a.*; 3) *n. a.* أَصْر Fregit *c. a.*; 4) Propensum reddidit, inflexit *c. a. p. et* على *p.* III Vicinus fuit, tentorium fixit proxime a tentorio alterius *c. a.* VI Invicem vicini fuerunt. VIII Longa et multa fuit (*planta*), numerosus fuit (*populus*).

أَصْر Reverti.

أَصْر *et* أُصْر *Pl.* آصَار, أُصْرَان Foedus, pactum, iuramentum repudii vel libertatis concedendae vel voti dati, perforatio aurium, gravitas, onus, peccatum.

اصر *Pl.* أَوَاصِر Propensio animi, amor. *Hamas. p.* 321.

إِصَار *Pl.* أُصُر, آصِرَة Funis brevior quo inferior pars tentorii alligatur paxillo; paxillus funis quo alligatur tentorium, canistrum, loculus in quo quid reponitur, foenum, stragulum in quo colligitur foenum.

أَيْصَر *Pl.* أَيَاصِر *id. et* Funis quo ligatur saccus pabulatorius, pannus, stragulum in quo colligitur gramen, herba, gramen, foenum.

أَصِير Propinquus, prope accedens, is cuius crines implicati sunt, is cuius cilia densa et longa sunt.

آصِرَة *Pl.* أَوَاصِر Uterus, propinquitas, favor, gratia, funis parvus quo ligatur inferior pars tentorii.

إِصَارَة Funis brevior, quo inferior pars tentorii alligatur paxillo.

مَأْصِر *Pl.* مَآصِر (*pro quo vulgus dicit* معاصر) Carcer.

مُوَاصِر Vicinus.

اِصْطَبْل *Pl.* أَصَابِل σταβλίον Stabulum.

اِصْطَنْبِر *et* اِصْطَانِير στατήρ Stater.

اِصْطَرَك *et* اِصْطُرُك στύραξ Styrax.

اِصْطُرْلَاب Astrolabium.

اِصْطُرْلَابِيٌّ Astrolabicus.

اِصْطَرْفِيَّةٌ Pulvinar coriaceum fere rotundum lana vel gossypio infarctum, cui discumbentes vel dormientes innituntur.

اِصْطَفْلِينُ *nom. unit. c.* ة *i. q.* اسطفلين.

اُصْطُكْمَةٌ Panis subcineritius.

اصطوان Porticus.

أُصْطُولا στολή Classis (*vid.* اسطول).

أَصَفٌ Capparis.

اِصْفَنْطٌ *i. q.* اِسْفَنْطٌ.

اِصْقِيلٌ *i. q.* اسقيل.

أَصْلٌ *Pl.* أُصُولٌ, آصُلٌ Imum cuiusque rei, radix, origo, prima originaria verbi significatio, radix vocis cuiuslibet derivatae, res ex qua altera derivatur, stirps, genus, nobilitas, existimatio, fundus opum, caput, summa rei, exemplum originarium libri, أُصُول Viscera principalia, regulae generales, litterae radicales, dogmata fundamentalia, *Dual.* أُصْلَانِ *a Plur. form. vid. Abdallatif.* p. 478 *ed. de Sacy*, اصول الامم Origines gentium, لا حَسَبَ ولا نَسَبَ *i. e.* لا أَصْلَ لَهُ ولا فَصْلَ omnino, اصلا.

أَصَلَ 1) Contigit, laesit radicem; 2) Peremit aliquem *c. a.*; 3) Insiliit in aliquem (serpens) *c. a.* b) أَصِلَ Alterata et corrupta fuit aqua, foetorem concepit (aqua, caro). c) أَصُلَ *n. a.* أَصَالَةٌ Firmus fuit, firma radice fuit, nobili stirpe oriundus fuit, firma mente praeditus, cordatus fuit. II Radice firmavit, nobilem reddidit, talem esse dixit. IV Firma radice fuit, (*ab* اصيل *deriv.*) Venit vespertino tempore, ingressus fuit tempus vespertinum. V Radicem egit, firma eius radix fuit. X Radices egit, eradicavit, perdidit *c. a.*

أَصَلٌ *Coll. nom. unit.* ة Serpens parva vel magna, quae flatu suo occidit, vel corpore parvo et capite magno et deterrima.

أَصِلٌ Firmus *et i. q.* مستاصل.

أَصْلَةٌ *nempe* أَصْلَتُكَ Omnes tuae opes et palmae.

أَصَلَةٌ Totum, universum.

أَصَلَةٌ Universitas.

أَصِيلٌ *Pl.* أُصُلٌ, *inde Pl. Pl.* آصال *et inde rursus Pl.* أَصَائِلُ *et* أُصْلَانٌ, *cuius Deminutivum* أُصَيْلَانٌ *pro quo* أُصَيْلَالٌ *usurpatur pro* أَصِيلٌ Tempus vespertinum, proprie quod ab عصر est usque ad occasum solis, Radicatus, firmus, firmus *consilii*, successor, Nobilis *equus*, Exitium, mors.

أَصَالَةٌ Firmitas mentis, Quum littera quaedam radicalis est in voce.

أَصِيلَةٌ *Pl.* أَصَائِلُ Tempus vespertinum ab عصر usque ad occasum solis, Universitas, Exitium, mors, Omnes alicuius opes vel palmae, *Thaifensibus* terra seu ager antiquae et haereditariae possessionis.

أَصْلِيٌّ *F.* ة Radicalis, originalis *littera* (*sensu Grammat.*). Qui bonae est originis, nobilis.

أُصُولِيٌّ Aliquis qui articulis fundamentalibus Islamismi se occupat (*conf.* فروعي).

يَأْصُولٌ Inferior pars rei.

أُصُرٌ Funes quibus lacinia seu inferiores tentorii partes ad paxillos alligari solent (*conf.* اصر).

أَصَّ *F. o.* Consertim diffusa fuit et luxuriavit (*planta*).

أَصِيَ Adiposus (tuber) apparuit. II *n. a.* تَأْصِيَةٌ Difficile accidit, intricatum fuit (*opus*).

ابن آصَى Nomen avis.

آصِيَةٌ Genus cibarii sorbilis dactylis parati, malum inseparabile, gratia, cognatio, affinitas.

أَيَاصِي Funes breviores.

أُصْبَانٌ *i. q.* أُصَيْلَانٌ. *Dicitur* لَقِيتُهُ أُصَيْبَانًا.

أَضَّ 1) *n. a.* أَضٌّ Multa molestia aliquem vexavit res *c. a. p.*, confugere aliquem coegit (*paupertas*) *c. a. p. et* الى *p.*, coegit *ad aliquam rem c.* الى *r.*, fregit (*rem*) *c. a. r.*; 2) Tetendit struthiocamelus ad locum, ubi ova deposuit

c. الى. آضّ Tetendit *struthiocamelus ad locum, ubi ova deposuit c.* الى *l.* VIII Quaesivit aliq. *c. a.*, Percussit aliq. *c. a.*, Necesse habuit, adactus fuit *ad aliq. c.* الى, coegit *ad aliquam rem c.* الى *r.*

اضّ Radix, origo.

اضاض Locus effugii, Quod in doloribus partus vocem edit camela.

مؤاض Festinans, partus dolores patiens (camela).

أَضِمَ *F. a. n. a.* أَضْم Iratus fuit *c.* على, adhaesit nocens *a*[illegible] *cui c.* ب *p.*, adhaesit propellens et mordens *admissarius femellae c.* ب.

أَضَم *Pl.* أَضَمَات Ira, odium vehemens, invidia.

أَضَاء Locus depressior glarea plenus, in quem confluit aqua, palus. (*Gol.*)

اضاء Melonetum, arundinetum ex salicibus Indicis constans.

أَضَاة *Pl.* أَضَوَن, أَضَوْن (أَضَات, أَضَاآت *Gol.*), أَضَوات, أَضَيَات, (أَضَايَات, أَضَاوَات *Gol.*) *Pl. irreg.* أَضًا, إضاء Stagnum, aqua stagnans eiusque locus.

أَطَّ *F. i. n. a.* أَطِيط Sonum edidit, striduit (sella), sonum edidit gemituque aut ob fatigationem aut ob amorem in pullum (camelus), murmur edidit (venter), اط رحمة tenuiore amoris vel commiserationis affectu ductus fuit *c.* ل *p.*

أُطَّط Stridentes.

أَطِيط Sonus, stridor sellae, murmur ventris, dorsi ob famem, gemitus (cameli) ob magnum onus, اهل اطيط Populus qui camelis operam dat.

أَطَّاط Multum clamans.

اطاطة Sonus (se[illegible]e), fames.

أَطَا et آطَا (*vide* وطا) Repetivit ultimam versus syllabam voce et sensu.

أَطَد Ligna rhamni nigri.

أَطَّد *n. a.* تَأْطِيد Firmavit, stabilivit.

أَطَرَ *F. i. o. n. a.* أَطْر Flexit, curvavit *c. a.*; 2) Circumdedit, sepsit, praesidio fuit *c. a. p. et* على *r. advers. quam*; 3) Nervo s. tendine ad caput prope crenam obligavit (sagittam) (*ab* أطرة) *c. a.* II *n. a.* تأطير Remansit (mulier) in domo parentum per aliquod tempus, *et f. q. I.* V Complicatus, flexus fuit et incurvatus, mansit, continuit se domi (*mulier*), retentus fuit, continuit se ipsum. VII Curvus fuit, inflexus, incurvatus fuit.

أَطْر Propensio rei, locus incurvationis (مُنْحَنَى) inflexio arcus, nubes, domui parare rem, quam اطار appellant, quae tanquam circulus circa eam est.

إطار *Pl.* أُطُر Circulus, quidquid rem aliquam cingit, circumscripta labiorum linea et exterior ora, crinitus circuitus ungulae equinae, circulus ligneus tympani, annulus ligneus cribri, cingulum, capreoli vitis, id quod inter pilos mystacis et labium est, extremitas penis, nervus quo obligatur crenatum caput sagittae.

أُطْرة Nervus s. tendo quo obligatur crenatum caput sagittae, glutinis genus quo, commixtis inter sese et subactis sanguine et cineribus, ruptum figile conglutinatur, extremitas penis (حرف الذكر), caro quae ungulam circumdat, extremitas venae iugularis vel dorsi (طرف الابهر).

أَطِير Peccatum, culpa, angustia, loquela, sermo, malum quod e longinquo venit.

أَطَّار Qui circulos (اطار) conficit vel vendit.

مَأْطُور Puteus, in cuius latere alter est, aqua in terra molli, quae arboribus, timore ne corrueret, implicata est.

مَأْطُورة Arcus, mulctrale, cuius summum parvo ligno cingitur, et tum eius ora tegitur.

إِطْل *Pl.* آطَال Hypochondrium, latus, hypochondrii medium.

أُطُل Aliquid.

اطل *i. q.* إِطْل.

أَيْطَل *Pl.* أَيَاطِل Hypochondrium.

أَطَمَ *F. i.* 1) Momordit (manum suam) *c.* ب; 2) Proiecit (missile) *c.* ب, deiecit (merdam) *c.* ب; 3) Arctavit, angustum ore fecit (puteum) *c. a.*; 4) Diductis cortinis velavit *c.* على, demisit vela (tentorii) *c.* على. b) أَطِمَ *F. a. n. a.* أَطْم 1) Constricto ventre fuit; 2) Collectus, contractus fuit; 3) Iratus fuit. c) أُطِمَ Constricto ventre fuit; 2) أُطِمَ عليه Iratus fuit contra eum. II *n. a.* تاطيم Cooperuit, velavit vestibus (pilentum), munivit. IV Clausit (portam) *c. a.* V Tenebris invaluit nox, stertuit, ronchos edidit (felis)

dormiens, quod in animo habuit non elocutus est (vir), Ira accensus fuit, commotus fuit, Aestuavit et elatus fuit fluctus, ut una unda per alteram frangeretur. VIII *Pass.* Iratus fuit *contra aliquem c.* على *p.*

أُطُمٌ *et* أُطْمٌ *Pl.* آطَامٌ, أُطُومٌ (*proprie Coll. Arces gentis Medinensis nom. unit.* أُطُمَةٌ) Arx, munimentum ex lapidibus, aedificium quodvis quadratum tecto plano coopertum. (*In scholiis ad Amru 'l Kaisi Moallakam v. 74 inter* أُطْم *et* أُطُم *videtur distingui, ibi enim haec sunt* الأُطْم القصر والأُطُم الازج والجمع الاطام.)

أُطَام Constrictio ventris, urinae et faecum alvi suppressio ex morbo nata.

أُطُوم Testudo marina dura cute praedita, *et* piscis marinus dura cute, bos sylvatica similis cervae, arcus cuius manubrio cohaeret nervus, echinus, erinaceus, concha marina.

أَطِيمَة Focus, caminus, locus omnis in quo struitur ignis.

أُطْمَاط Avellana Indica.

أُطْمُوط *id.*

اطمانّ *vid.* طمان.

أُطْبُوط Avellana Indica.

أَظَّار Nutrix. (*Gol.*)

أُظْبَان *Pl.* Nutrices. *a* ظابة *Pers.* دايه. (*Gol.*)

أُعْ أُعْ *ut* هُعْ Vox vomentis.

أعاة *pro* وِعَاة Repositorium, loculus.

أُعَل Nomen idoli.

أَغَارِيقُون ἀγαρικόν Agaricum vulgare.

أَغَالُوجِي ἀγάλλοχον Aquilaria ovata *Sprengel hist. rei herb. p.* 261 *sq. Avicenna L. II. p.* 182.

أَغَالُوخِي *id.*

أُغْبُر Collyrii species parata ex tutia Caramanica, cochleis limacum combustis et saccharo candi.

أُغْرُسْطِس ἄγρωστις Gramen.

أغليقي γλυκύ Vinum coctum

أُغْنُس ἄγνος Vitex.

آغِيَة *Pl.* أَوَاغِي Habitationes dispersae per arva. *Ita Golius Kamusi verba* مَفَاجِرُ الدِيَارِ فِى المَزْرَعَةِ *vertit. Mihi Aste videntur* Fossae quibus in arvis limites domorum vel regionum distinguuntur. *Confer.* مواغي *pro quo ex nostra Djeuharii lectione* اواغي *ponendum videtur.*

أُغْيِرُس αἰχμηρός Populus Graeca.

أُغِيرَطُن ἀγήρατον.

أُغِيس Oculi cancri, grana quaedam nigra arboris.

أَفَّ *F. i. o.* Moerore vel angore pressus; motus dixit أف. II *n. a.* تافيف *Id.* V *Id.*

أَفّ Paucitas.

أُفّ Pusillanimitas.

أُفّ *coniunctum cum* تُفّ Parum, *propr.* Praesegmen vel sordes unguis, sordes aurium, festuca ligni vel arundinis.

أُفّ, أُفّ, أُفّ, أُفًّا *Hae voces quadraginta modis efferuntur, ut dicit Kamusi auctor, dum voces* أُف, أُفّ, آف, آفّ, افا, افه, افوه, افى *variis efferunt vocalibus. Vox fastidientis vel detestantis* Uf, phy, vah c. ل *et* c على *r.*

أَفَف Angor (animi), res pauca, parum, tempus, جاء على افف ذلك Venit statim post hoc.

أَفَاف Pusillanimitas, timiditas, ignavia, tempus, tempestas, جاء على افاف ذلك Venit statim post hoc.

أُفَّة Nullius animi vir, ignavus, egestate laborans, sordidus.

أَفُوف Properans, incitati animi vir.

أَفَّان Tempus. *Conf.* إبان.

أُفُوفَة Actio, qua quis frequenter dicit uf, phy.

أُوفُوفَة Qui multum *uf* dicit.

تُفَّة Pusillanimitas, tempus, tempestas. جاء على تُفَّة ذلك Venit statim post hoc.

يَافُوف Impeditus in negotio, debilis, pusillanimis, fucus, celer, properans, incitati animi vir, amaritudo (cibi), pullus attagenis.

أَفَتَ Avertit, amovit *c. a. r. et* عن *p.*

أَفْت Camela admodum patiens, celeris, excellens, portentum, res mira, calamitas.

إِفْت Camela admodum patiens celerisque, fraus, mendacium.

آفَة *vid.* ايف.

أَفْتِيمُون ἐπίθυμον Epithymum.

أَفَخَ (*a* يافوخ) Percussit in bregmate capitis *c. a.*

يَأْفُوخ *Pl.* يَآفِيخ (*Dj.*) *et* يَوَافِيخ (*Kam.*) Bregma capitis, ركب يافوخه Superavit eum, يافوخ الليل Potior pars noctis, secunda vigilia. (*Sed hoc ex Firuzabadii sententia a* يفخ *derivandum.*)

أَفَدَ *F. a. n. a.* أَفَد Festinavit, cunctatus fuit, appropinquavit, properavit, cito venit. X *Id.*

أَفَد Terminus, tempus praefinitum, vitae terminus.

أَفِد Properans, properabundus *et contr.* Cunctans.

أَفَدَة Cunctatio, retardatio.

إِفَادَة *pro* وِفَادَة *nomen actionis a* وفد.

خَرَجَ مُوفِدًا Exiit fine mensis vel temporis.

أَفَرَ *F. i. n. a.* أُفُور, أَفْر 1) Transgressus fuit; 2) Cucurrit; 3) Saliit; 4) Impetum fecit; 5) Vehementer bullivit; 6) Vehemens fuit (calor); 7) Agilis, alacer fuit, agilem se gessit in famulando; 8) Pinguis evasit post laborem emaciantem (camelus); 9) Propulit, abegit. b) أَفِرَ *F. a. n. a.* أَفَر 1) Agilis fuit; 2) Pinguis evasit post laborem (camelus); 3) Splendidum, clarum effecit (*Gol. sed dubito*); 4) Manifestus, palam evasit (*Gol.*). X Agilis fuit, pinguis evasit post laborem emaciantem.

أُفُرَّة (*sed de hoc enunciandi modo dubito*) Turba, coetus, confusio, miscella, adversitas, aerumna, prima pars (aestatis).

أَشْرَان أَفْرَان Admodum alacris, lubens.

أُفُرَّة *et* أَفُرَّة *i. q.* أُفْرَة.

مِئْفَر Agilis in famulando, Famulus.

أَفْرِبِيُون εὐφόρβιον Euphorbium.

أَفْرَنْج Franci, Europaei extra Graecos.

إِفْرَنْجِي Francus, Europaeus.

أَفْز *pro* وَفْز Salire, assilire, impetum facere.

إِفَاز Properatio.

أَفْسَنْتِين ἀψίνθιον Absinthium.

أَفْشُرَج *Pers.* Succus expressus ex plantis praes. fructibus, vinum quod ita conficitur.

إِسْتَقَاطَ *i. q.* أَخَذَ.

مُوتَفِط *i. q.* لَازِم.

أَفْعَى *vid.* فعى.

أَفَقَ *F. i. n. a.* أَفْق 1) Concinnavit inspissando (corium) ut fieret أفيق; 2) Superavit eum (ركب راسه); 3) Uni in donando plus dedit, quam alteri *c.* في *r.*; 4) Mentitus fuit; 5) Vicit; 6) Circumcidit; 7) Decepit; 8) Liberalitatem exercuit; 9) Abiit, *ab* أفق Profectus fuit per orbem. b) أَفِقَ *n. a.* أَفَق Excelluit multum, praestans fuit (de omni virtute). V Venit ex tractibus mundi (أفق) *ad nos c.* ب *p.*

أُفْق *Pl.* آفَاق Tractus terrae, mundi, horizon, mundus, regio unde spirant venti Boreas et Auster, Zephyrus Eurusque, regio quae est inter duo ligna anteriora, in quae inseruntur apices pali tentorium sustinentis in anteriore domus parte, الافق الاعلى Terminus loci sedis Dei in coelo, الافق المبين Terminus loci cordis vel intellectus.

أَفَق *Pl.* آفَاق Ductus, modus viae *nom. coll. ab aliis pro plur. vocis* أفق *habetur*, corium non prorsus concinnatum *vel* concinnatum et consui quidem idoneum, sed nondum consutum, concinnatum antequam farcitum vel antequam scissum est.

F 2

أفوق Multum excellens scientia etc., corium non prorsus a coriario paratum.

أفق Tractus terrae, mundi, horizon, mundus, regio unde spirant Boreas et Auster, Zephyrus Eurusque; regio quae est inter duo ligna anteriora, in quae inseruntur apices pali tentorium sustinentis in anteriore domus parte, *gen. comm.* Velociter incedens, praestans (*equus*), corium non prorsus a coriario paratum.

آفق Haud circumcisus praeputio *vir*.

آفق Velox, Excellens generositate.

أفقة Praeputium.

أفقة Hypochondrium, Modus quidam pilos e pelle concinnanda evellendi.

آفقة Hypochondrium.

أفيق *F.* ة Praestans (situla), *Pl.* آفقة Corium non prorsus a coriario paratum vel antequam scissum aut subula perforatum est, *F.* ة Multum excellens scientia etc.

أفاق Qui varias peragrat regiones lucri causa.

أفيقة Corium non prorsus a coriario paratum vel antequam subula perforatum aut scissum est, Infortunium.

أفقي *Possessivum ab* أفق.

أفقي *Id.*

أفك *F. i. et* أفك *F. a. n. a.* أفك , أفك , أفك , إفك , أفوك 1) Mentitus fuit; 2) *n. a.* أفك Invertit, dimovit *c.* عن *r. et a. p.*; 3) Consilium mutavit *c. a. p.*; 4) Fecit, ut aliquis mentiretur; 5) Interdixit alicui aliquid, illicitam fecit voluntatem alicuius *c. a. p.* b) أفك *n. a.* أفك *Ager* penuriam pluviae passus fuit et plantas non produxit, Pauci ingenii fuit *vir*. II Mentitus fuit. VIII Subversus fuit.

إفك *F.* ة Mendacium.

أفك Locus, ubi mandibula coeunt et duae anteriores oris partes.

أفك Mendax.

أفكة Annus sterilis.

أفوك *Pl.* أفك Admodum mendax.

Id., debilis, vir pauci ingenii et prudentiae.

أفاك Admodum mendax.

أفيكة *Pl.* أفائك Mendacium.

أفيكة Mendacium, يا للأفيكة O magnum mendacium!

مأفوك *F.* ة Pluviae inopia laborans, nil producens (ager), infelix, qui nil consequitur boni, qui spe alicuius rei ducitur, vir pauci ingenii.

المؤتفكات Urbes Sodoma et Gomorra aliaeque vicinae Dei vindicta subversae, venti ex diversis plagis flantes.

أفل *F. i. o. et* أفل *F. a. n. a.* أفول 1) Occidit (sol); 2) Abiit lac lactentis. b) أفل Alacer fuit. II *n. a.* تافيل Plenum, copiosum fecit *c. a. r.* V Superbivit.

أفل *et c.* ة Gravida (leaena).

أفيل *F.* ة *Pl.* أفائل , إفال Camelus anniculus iuvencus et aetate provectior et a matre ablactatus septem vel octo menses natus.

موفل Debilis.

مأفول (*pro* مافون) Ingenii et consilii expers, vecors.

أفن *F. o.* 1) Diminuit, mente diminuit; 2) *F. i.* Insipientem, improvidum reddidit *c. a.*; 3) Diminuendo totum exhausit, quidquid ubere camelae contineretur; 4) *F. i.* Mulsit camelum extra idoneum tempus, qua re noxam perpessa est. b) أفن *n. a.* أفن , أفن 1) Infirma mente et consilii inops fuit; 2) Corruptus, marcidus fuit; 3) Parum lactis habuit (camela). c) أفن Infirma mente fuit, corruptus fuit (cibus). V Diminutus, detrimento affectus fuit, prae se tulit quod non habuit, infortunio afflictus est, instanter quaesivit (*c.* أواخر الامور rerum fines).

أفن Infirmitas mentis, planta quaedam.

أفن Consilii debilitas, Tenuitas foliorum.

أفان Nomen arboris vel plantae qua cameli vescuntur. *Hamas. p.* 180. *l.* 4 *infr.*

أفنة Parum lactis habens (camela).

أفين Ingenii et consilii expers, corruptus, qui se laudat propter res quas non possidet, arida (nux), ablactatus. *Prov.* ان الرقين يغطى أفن الأفين.

أفاني Planta quaedam.

مَأْفُونٌ *i. q.* مافوك Pauci ingenii vir, *vel* Qui se laudat propter res quas non possidet, is qui te admiratione afficit, quamvis nil boni in eo est.

أَفَى *nom. unit.* أَفَاةٌ Grex separata pecoris, vel nubes quae effusa aqua dissipatur.

أُفِيُوسُ ἄπιος Raphanus sylvester.

أُفِيُونُ Succus papaveris, opium.

أَقَاقِيَا ἀκακία Succus expressus e siliquis spinae Aegyptiae, *tum* omnem succum ex rebus valde stipticis expressum et inspissatum *ita vocant. Avicenna L. II. p.* 126.

أَقْتٌ Definitio temporis, tempus certum et definitum.

أَقَّتَ *n. a.* تأقيت *pro* وقّت Tempus definivit, certum tempus dixit.

أُقْحُوَانٌ *Pl. cum artic. et* الاقاح *(conf. Hadikat Alafrah p.* 12. *l.* 7.) Planta camphorata, parthenium.

اقديميا *(in libro Rhazis falsa existere videtur lectio* اقليميا) Cadmia.

أُقُرٌ Vallis seu alveus patens plantas salsuginosas et multos aquae locos continens.

اقرة Angustia, magnum malum.

اقرانيا *et* قرانيا κράνεια Cornus, corna.

أُقْسِيَاقَنْثَا ὀξυάκανθα Oxyacantha.

أَقَطَ *F. i. n. a.* أَقْطٌ 1) Condivit re اقط appellata et cum ea paravit *(cibum) c. a.*; 2) Hanc rem alicui edendam dedit *c. a. p.*; 3) Prostravit (adversarium) *c. a. p.*; 4) Miscuit (rem) *c. a. r.* b) أَقِطَ Multa fuit res اقط appellata. VIII Cepit et assumsit pro tali lacte.

أَقِطٌ *(in carminibus saepius* أَقْطٌ *effertur)* Lac acidum et schistum, siccatione quasi in farinam redactum, res quae paratur e lacte debutyrato ovium.

اقط, أَقْطٌ, أَقِطٌ, أَقْطٌ *et* أُقُطٌ *Pl.* أُقْطَانٌ *Id.*

أَقَطٌ *(conf.* وقط) Gravis et noxius *(cibus)*.

اقاط *pro* وقاط *Pl. a* وَقْط.

أَقِطَةٌ Adeps, quae est intra ventriculum (قبة), in ea parte quae prope adiacet ventriculo animalis ruminantis (كرش).

أَقِيطٌ Gravis et noxius sanitati *cibus*.

مَأْقِطٌ Locus belli, praelii campus, locus angustior.

مَأْقُوطٌ Lacte acido اقط appellato conditus *cibus, et i. q.* أَقِيطٌ.

أَقْطَنٌ Leguminis genus foliis phaseoli, baccis viridibus, quae paulo minora pisis.

أَقْطِي ἀκτή Sambucus arbor.

اقليت Aristolochia *dubia? Forsk. Flora p.* cxx.

اقْليد *Vox Pers.* Clavis.

اقليدس Euclides, *meton.* Geometria.

اقليم κλίμα Clima, regio terrae.

آقَنَ *pro* أَيْقَنَ Certum fecit.

أَقْنَةٌ *i. q.* وُقْنَةٌ *Pl.* أُقْنَاتٌ, أُقَنٌ Fovea in terra, Structura ex lapidibus confecta.

أَقَنْثَالُوقِي ἄκανθα λευκή.

أَقَنْثِيُون ἀκάνθιον.

أُقْنُومٌ *Pl.* أَقَانِيمُ Radix, hypostasis, persona.

أَقْهٌ *(i. q.* قَاهٌ) Obedientia.

أَقِيَ Abhorruit, fastidivit *ob morbum (cibum) c. a.*

اقاة *i. q.* وَقَاة.

أَكَّ *F. o. n. a.* أَكٌّ *vid.* عكّ 1) Fervidus, aestuosus fuit (dies vento quiescente); 2) Propulit (aliquem) *c. a. p.*; 3) Pressit (aliquem) *c.* a_4 *p.*; 4) Angustum fuit pectus alicuius. VIII Fervidus, aestuosus fuit *dies*, pressus fuit, gravis, magna fuit res alicui in angustiam redacto, molestius eam tulit *c.* من *r.*, collisi sunt inter se (pedes).

أَكٌّ Fervidus, aestuosus *(dies)*.

أَكَّةٌ Fervor, aestus, *sec. nonn.* aestus vente quiescente summa calamitas, malignitas temperamenti, invidia,

odium, mors, quum aliquis cum ira in aliquem se convertit, tumultus.

أَكِيكٌ Fervidus, aestuosus (*dies*).

أَكَاكَةٌ Vehementia calamitatis.

أَكَأَ *F. a.* Testibus adhibitis debitorem obligavit. IV *n. a.* إِكَاءَةٌ Rem quum peragere vellet, altero superveniente timens eam deseruit (*hoc et sub* كاء *in Camuso locum obtinuit*).

أَكْتَمَكْتُ *et c.* ث (*vox Indica*) Aëtites.

أَكَجٌ *Coll.* Pomum sylvestre, mepsili genus, fructui oxyacanthae similis.

أَكَدَ Trivit in area (triticum) *c. a. r.* II (*vide* وكد) *n. a.* تاكيد Constrinxit, nexuit, compegit, firmavit, confirmavit *c. a.* IV *Id. c. a.* V Firmatus fuit.

اكاد *Pl.* أَكَائِدُ (*conf.* وكاد) Lorum quo alligatur supercilium ephippii (قربوس) ad duo latera ephippii.

أَكِيدٌ *F.* ة Firmus, compactus.

تَأْكِيدٌ *Id. it.* Additio vocis qua vis sententiae augeatur, تاكيد لفظى Repetitio eiusdem vocis ad vim sententiae augendam, تاكيد المدح بما يشبه الذم *In rhetorica hoc pertinet ad id quod* بديع معنوى ornamentum sensus *appellant ut in hoc Hamasae versu* ولا عيب فيهم غير أن سيوفهم بهن فلول من قراع الكتائب „Non est in iis vitium, nisi quod eorum gladii rupti sunt in acie conflictu catervarum."

تَأْكِيدٌ *i. q.* أَكَائِدُ.

أَكْرٌ *n. a.* Fodere et fossura, terrae fossio.

أُكْرَةٌ *Pl.* أُكَرٌ Puteus, fovea in qua se colligit aqua et ex qua hauritur pura, *non bene pro* كرة sphaera, globus.

أَكَّارٌ *Pl.* أَكَرَةٌ Fossor, agricola.

إِكْرَارٌ Heliotropium.

تَأَكَّرَ V Foveam fodit (*ab* أُكْرَة).

مُؤَاكَرَةٌ Quum aliquis alteri agrum colendum dat pro parte proventus.

أَكَارِعُ *vid.* كرع.

أُكْرُوهَكْ Sarcocolla.

أَكْسُونَافِن Octodecim drachmae *Avicenn. lib. V. p.* 268.

أُكْشُوثٌ *i. q.* كُشُوثٌ Cuscuta.

أُكْشُوفَافُون ὀξύβαφον Acetabulum *i. e.* mensurae genus. Est heminae quarta pars *i. e.* quindecim drachmae.

إِكَافٌ *Pl.* أُكُفٌ (*vid.* وكاف) Clitella asini, muli, equi, non cameli.

أَكَّفَ *n. a.* تاكيف Ligavit, strinxit clitellam super *c. a. p.*, Fecit, sumsit clitellam *c. a. r.* IV Clitellas imposuit *c. a. p.*

أَكَّافٌ Clitellarius, is qui clitellas vendit aut conficit.

أَكَلَ *F. o. n. a.* أَكْلٌ, مَأْكَلٌ 1) Edit, exedit, corrosit, consumsit; 2) *n. a.* إِكْلَةٌ, أُكَالٌ, أَكَالٌ Scabit, fricuit (*caput*) *c. d. a.*; 3) Quaestum fecit, lucratus fuit, أُمِرْتُ بِقَرْيَةٍ تَأْكُلُ القُرَى اى يَفْتَحُ أَهْلُهَا القُرَى وِيَغْنَمُونَ اموالها. b) أَكِلَ *n. a.* أَكَالٌ 1) Exesus fuit (dens, os, lignum); 2) Pruritu et rosione laboravit (camela) ob pilosum in utere foetum. II *n. a.* تاكيل Edit, edendum dedit alicui aliquid *c. d. a.*, pavit, فلان ظل مالى يؤكّل ويشرّب *i. e.* Pascit ubi vult, فلان اكل مالى وشربه *i. e.* Dat opes meas hominibus. III آكل *et* واكل (*minus bene*) *n. a.* إِكَالٌ *et* مُوَاكَلَةٌ Cum altero una comedit *c. a. p.* IV Edendum dedit *c. d. a.*, Coniecit *in ignem lignum*, fecit ut illud consumeret *c. d. a.*, Susurronem egit, obtrectatione inimicitias excitavit *c.* بين, Maturos sapidosque fructus tulit (palma, seges), aliquem in potestatem alterius redegit *c. a. p.* V *Pass.* I *et i. q.* أَكَلَ, *tum* effulsit, exarsit *ira c.* من *p.* VIII Comesus fuit, corrosus fuit, magnus fuit splendor (nubis, fulminis, stibii etc.), exarsit, accensus fuit *ira c.* من. X Petiit ut sibi cibum apponeret *c. d. a.*, Comedendum cepit, devoravit *infirmos*, opes eorum absumsit *c. a. p.*, opes vi eripuit easque devorare voluit.

أُكُلٌ Quidquid editur, edulium, penus, id quo sustinetur vita (*de mortuo dicitur* انقطع اكله), fructus arborum *spec.* palmae, seges, bona mundana, densitas, firmitas, spissitudo (panni), intelligentia, prudentia, ذو اكل Fortunatus, locuples.

أَكِلٌ Rex, tyrannus, edens.

أُكُلٌ *i. q.* أُكْلٌ.

آكِلٌ *Pl.* آكَالٌ Rex, tyrannus, *Pl.* أَكَلَةٌ edens; آكِل نفسه Euphorbium, ذووا الآكال Domini tribus eiusque principes, (*in Kamuso* آكال principes *ut Djeuharii error vituperatur*), هم اكلة راس Pauci sunt, آكال الجند Stipendium militare, اكال الملوك *i. q.* مآكل الملوك.

أَكَالٌ Cibus, esca.

أَكَلٌ Prurigo, *spec.* quae camelo accidit ex hirsutiore foetu qui in utero continetur.

أَكْلَةٌ Una comestio, pastus unus, quo quis satiatur, obtrectatio.

إِكْلَةٌ Edendi modus, Pruritus, Gangraena, scabies, obtrectatio.

أُكْلَةٌ Maledictum de absente, انه لذو أُكْلَة Traducit absentes.

أُكْلَةٌ *Pl.* أُكَلٌ Buccella, crustulum, esca, obtrectatio.

أَكِلَةٌ Foetum pilosum in utero gerens, pruriginem percipiens, prurigo (*Krebs*).

أُكَلَةٌ Edax *vir.*

أَكُولٌ Edax, helluo.

أَكِيلٌ *F.* ة Qui edit, edax, et qui editur, commensalis, convictor, ovis quae ad venandum lupum aliquo loco ponitur.

أَكَّالٌ Edax, helluo.

آكِلَةٌ Grex, آكلة اللحم Culter, baculus acutus, ignis, flagellum.

أَكُولَةٌ Sterilis (ovis), Segregata ad saginam, Iumentum a feris devoratum.

أَكُولَةٌ Ovis quae ad capiendum lupum aliquo loco ponitur.

أَكِيلَةٌ Res quae editur *et i. q.* اكولة.

مَأْكَلٌ *Pl.* مآكل Locus unde comeditur.

مَأْكَلٌ Lucrum.

مُؤَكَّلٌ Felix, fortunatus.

مِكْأَلٌ Cochlear.

مَأْكَلَةٌ Locus ex quo comeditur, unde cibus capitur, esca, commeatus, frumentum, شاة ماكلة Ovis edendo destinata et pinguefacta.

مَأْكُلَةٌ Commeatus.

مِئْكَلَةٌ Scutella parva tribus sufficiens, catinus quo Arabes scenitae utuntur ad coquendas carnes, lebetis levis viatorii genus, olla parva, omne instrumentum ex quo

مَأْكُولٌ Esus, ضرس ماكول Dens erosus, Cibus, Subditi. De ove, quae ponitur ad venandum lupum, dicitur هي قبيحة الماكول والمواكل.

مُسْتَأْكَلَةٌ Ii qui eripiunt iniuste alienas opes.

إِكْلِيلٌ *Pl.* أَكَالِيلُ (*vide* كل) Corona, res similis cidari, quae gemmis ornatur, statio lunae, Sidus, quod et الاكليل الشمالي *et* الفكة appellatur *conf. Ideler Untersuchung über die Sternnamen p.* 57 *sqq.*, tum hoc nomine tres vel quatuor vel quinque aliae stellae appellantur, quae et nomen اكليل الجبهة habent *ibid. p.* 179 *et* 288, Denique الاكليل الجنوبي tredecim stellas complectitur, quae et nomen القبة *vel* ادحي النعام habent *ibid.* 281, Caro, quae ungulas circumdat, اكليل الجبل Libanotis coronaria, اكليل الملك Sertula Campana, melilotus, Trifolium Indicum. *Sprengel Histor. rei herb. p.* 267, Melilothus. *Forsk. descr. anim. p.* 146.

أَكَمٌ *Coll.* Colles terrae *Pl.* إِكَامٌ, *Pl. huius* أُكُمٌ, آكَمٌ, آكَامٌ.

أَكِمَتْ *c.* الأَرْضُ Omne, quod in terra erat, absumptum est. X Cumulus factus est (locus), mollem invenit (*sedendi locum*).

أَكَمَةٌ *Pl.* أُكْمٌ Collis terrae, cumulus lapidum, locus altior circumstantibus reliquis, locus arduus, durus.

مَأْكَمٌ Clunis protuberans, nates *spec.* feminae.

مَأْكَمَةٌ *Pl.* مَآكِمُ Clunis protuberans, nates *spec.* feminae

مَأْكُومٌ Tristitia affectus.

تَأْكِيمٌ Densitas caudae, magnitudo clunium.

مُؤَاكَمَةٌ Femina magnas nates habens.

مُؤَكَّمَةٌ *Id.*

إِكْمُوبِرَانُ Pastus columbinus, verbenaca.

أُكْنَةٌ *pro* وُكْنَةٌ Nidus avis.

أَكَى (*vid.* أَكَّا) Securitatem a debitore per testes adhibitos sibi paravit.

إِكَآءٌ *i. q.* وِكَآءٌ.

بَاطِنٌ *Pl.* بَوَاطِنُ Internus: abditus, latens; Interius latus seu interior pars (*rei*), Intima atque occulta noscens (*Deus*); Interior libri sensus mysticus, allegoricus (*contrar. est* ظاهر), *Pl.* أَبْطِنَةٌ, بُطْنَانٌ Aequabilis et depressior pars *terrae*, *Pl.* بُطْنَانٌ Locus, quo aqua fluit in terra dura. باطنا Clam.

بِطَانٌ *Pl.* بُطُنٌ, أَبْطِنَةٌ Cingulum sellae camelinae, quo venter iumenti subcingitur (*ut in dorso sella, clitellae firmentur*), عريض البطان Abundans opibus, Liberali pollens animo, التقت حلقتا البطان للامر Bene firmatum est negotium, ac certo illi cautum *quasi iunctis cinguli annulis*, *Pl.* بَطَائِنُ Navis parva. Capra mala (عَنْزٌ سَوْءٌ).

ذو بَطْنَة Quod in ventre est *pec.* sumtum alimentum.

بِطْنَةٌ Impletio ventris, Hilaritas, petulantia. *Prov.* البطنة تأفن الفطنة Impletio ventris diminuit mentem.

بَطْنَةٌ Via regia.

بَطَنَةٌ Morbus natus ex nimium impleto ventre.

بَطْنِيٌّ Ventrosus: ventre crassus, Longius remotus, Species quaedam piscis, cuius felle atramentum paratur, cuius scriptura noctu legitur.

بُطَيْنٌ *Demin.* Mansio lunae secunda, signata tribus stellis exiguis in ventre Arietis, *unde illud petitum nomen. Ideler Unters. üb. die Sternnamen. p.* 133. 287.

بَاطِنَةً Secreto.

بِطَانَةٌ *Pl.* بَطَائِنُ Interior pannus (*vestis*); Arcanum, Medium civitatis, regionis; *metaph.* Amicus intimus et sincerus; Mos perpetuus; Voracitas.

أَبْطَنُ Vena in interiore parte tibiae equinae. *Dual.* أَبْطَنَانِ.

مُبْطِنٌ Ventrem cibo implens.

مِبْطَانٌ Vorax, ventrem cibo implens et distentum habens.

مُبَاطِنٌ Intimus, clam alicui addictus.

مُبَطَّنٌ *F.* ة Cuius dorsum et venter albi sunt *equus*, Ventrem collapsum habens, Medio corpore gracilis.

مبطنة Cingulum.

مَبْطُونٌ E ventre laborans.

بَطِيَ *pro* بَطُؤَ Tardus (*licent. poet.*).

بَاطِيَةٌ (*vox Pers.* بادیه) Vas figulinum, etiam aliud, ampliore ventre, *sec. nonn.* supra amplum infra angustum, in quo vinum conditur; vas vinaria, patera. الباطية Nomen sideris. *Ideler Sternnamen. p.* 271.

أَبْطَا *pro* أَبْطَأَ.

بَظَّ 1) Movendo composuit instrumenti musici fides ad pulsandum; 2) Summa ope nixus fuit, singulare quid adhibuit praestititque. IV Pinguis evasit.

بَظٌّ ُظٌّ Crassus.

بَظِيظٌ Pinguis, mollis.

بَظَرَ *n. a.* بَظْرٌ Carunculae aut simile quid habuit (*femina*) intra pudendorum labia, in medio superioris labii (*vir*) II *n. a.* تَبْظِيرٌ (*de femina*) Circumcidit (*puellam*) eiusmodi excrescentia laborantem: (*de viro*) هو يمصّ وبيظّره Dixit *illi*, suge eam partem: *quod probrosum c. a. p.*

بَظْرٌ *Pl.* بُظُورٌ Res oblongior carunculae similis excrescens in pudendis feminae, Clitoris.

بَظْرًا *i. q.* هَدَرًا Impune, sine talione (*vide* بصر).

بُظْرٌ Caruncula inter duo vulvae labia; Annulus signatorius. ابن البظر Ignominiae nomen, امصّ الله بظر امّه Sugendam det ei Deus carunculam matris (*opprobrii causa dicitur*).

بُنْظُرٌ Clitoris. *Inde opprobrii causa dicitur ancillae* يا بنظر.

بُظْرَةٌ Paucitas pilorum sub axilla; Annulus digiti, pala seu gemma carens.

بُظْرَةٌ Superioris labii caruncula aut protuberantia.

بَيْظَرٌ Clitoris. *Dicitur* يا بيظر *quo opprobrio afficitur ancilla.*

بُظْرَاءُ Productiore vulvae caruncula laborans *femina*, Procera *serva.*

بَظَارَةٌ *i. q.* بذارة.

بِظَارَةٌ Popysmus, sonus qualem ore osculantes edunt.

بُظَارَةٌ Superioris labii caruncula vel protuberantia, Id quod adnascitur lateri vulvae ovinae, Id quod circumcisor relinquit in circumcidendo.

أَبْظَرُ Incircumcisus, In medio superioris labii caruncula foetente laborans *vir.*

مُبَظِّرَةٌ Mulier quae circumcidit, seu quod excrescit in vulva resecat.

بَظْرِيرَةٌ Strepitum multum edens (صَخَّابَةٌ).

بَظْرَمٌ Annulus signatorius.

تَبَظْرَمَ Annulum porrecto digito stultius ostentavit hominibus, dum verba faceret.

بِظْمَاجٌ Tela cuius una ora vel medium obscuriore colore (مُخْمَل) et duae eius orae distincto colore notatae (منيّر).

بَظَا F. o. n. a. بَظْوٌ Densa, compacta atque accumulata fuit (*caro*). b) بَظِيَ Carnosa fuit *ita*, خَظِيَتْ المراة وَبَظِيَتْ Carnosa fuit mulier.

بَظًا Carnes accumulatae. *Dicitur* لحمه خظا بظا.

بَعَّ F. i. n. a. بَعٌّ *et* بَعَاعٌ 1) Importune institit; 2) Constitit ac velut defixa fuit (*nubes*) uno loco, continuo pluit.

بَعٌّ Effusio lata ac multa.

بَعَاعٌ Supellex, *comprehendens etiam* strata ac vestes; *pecul.* quam secum adducit viator vel sponsa in domum mariti, *et* quae excidit e manibus populantium; Pluvia et aquae copia, quam continet nubes, القى عليه بعاعه *i. e.* نفسه Conieeit semet in illum, القى السحاب بعاعه Effudit nubes quicquid in se habuit.

بُعَّةٌ Pullus cameli quivis, natus inter primum et ultimum.

بَعْبَعٌ Bombus aquae fluentis e lagena, Initium iuventutis.

بَعْبَعَةٌ Properantia sermonis; Fuga e praelio et impetu hostis.

بَعَابِعَةٌ Pauperes, inopes.

بعبوى Lignum e quo in Aegypto carbones conficiuntur. *Forsk. Flor. Aegypt. Arab. p.* LVI.

مَبْعُوثٌ *i. q.* مَبْعُوثٌ.

بعيثران Achillaea falcata et قيسون appellata. *Forsk. Flor. Aegypt. Arab. p.* LXXIV, *ibid. p.* CXIX Artemisia pontica بعيثران *appellatur.*

بَعَثَ F. a. n. a. بَعْثَةٌ 1) Misit *c. a. r. vel c.* ب *r. et a. p. et* الى *l.*, فَبَعَثَنَا باربعين مهار Quadraginta nobis equuleos misit; 2) Ad motum impetuosiorem adegit (*camelam*) *c. a. p.*; 3) *n. a.* بَعْثٌ Excitavit *e somno c. a. p. et* من *r.*, excitavit *ad aliquid c.* على *r.*, resuscitavit (mortuum); 4) Per vestigia secutus fuit *c. a.*; 5) Manifestum conspicuumque effecit. b) بَعِثَ Vigilavit: excitatus et pervigil fuit. V Fluxit *ab aliquo carmen c.* من. VII *Id.*, *et* Excitatus ac missus fuit, Cito incessit *in itinere c.* في. VIII Misit *c. a. p.*

بَعْثٌ *Pl.* بُعُوثٌ Exercitus, turba hominum (*quae aliquo mittitur*). *Dicitur* أُجْرِيَ البعث *et* ضُرِبَ البعث على الجُنْد Missus est exercitus contra hostem. Resurrectio: يوم البعث Dies resurrectionis.

بَعَثٌ Exercitus.

بَعِثٌ Vigilans.

يوم بُعَاث Dies pugnae inter Aus (اوس) et Chesredi (خزرج).

بِعْثَةٌ Missio et *sp.* prophetica.

بَوَاعِثُ *Pl.* Illecebrae.

بَاعُوثٌ Festum Christianorum, Pascha appellatum.

مَبْعَثٌ Missio *tum* Muhammedis.

بَعْثَرَ (*vid.* بَحْثَرَ *et* بغثر) 1) Dispersit *supellectilem*, partemque parti accumulavit *c. a. r.*; 2) Subvertit diruitque, inferiorem eius partem fecit superiorem; 3) Foras eduxit produxitve, et nudavit seu retexit (*rem*) *c. a.*; 4) Scrutatus fuit *c. a. r.*

بَعْثَرَةٌ Turbatio animae; Color *et* Sordes.

بُعْثُطٌ Umbilicus (*i. e. medius locus*) vallis vel campi; Nates, podex (*vel cum genitalibus*), *et* هو ابن بعثطها Gnarus et peritus est eius rei.

بُعْثُطٌ *Id.*

بُعْثُوطٌ *Id.*

بَعْثَقَ *n. a.* بَعْثَقَةٌ Effluxit seu effusa fuit (*aqua ex piscina vel seria*) per ruptam eius partem. II Erupit *aqua* ex parte fracta *piscinae.*

بَعَجَ F. a. n. a. بَعْجٌ 1) Fidit diffiditque *cultro ventrem*, *unde* 2) *metaphorica loquendi formula:* بعج بطنه لك Summo studio te exhortatus fuit; 3) Afflixit et sauciavit

(*cu. amor*). II *n. a.* تَبْعِيج *et* تبعيج *Id.*, Vehementius contigit et percussit, *quasi* fidit, *pluvia terram c. a.* V Diffissus, diductus dispersusque fuit: *uti post pluviam nubes.* VI Remotus fuit. VII Fissus fuit, dispersa fuit (*nubes*) *ob pluviam decidentem.* X Remotus fuit, Rem habuit, censuit remotam *c. a. r.*

بَعِج Languide incedens, ac si fissus esset venter.

بَعِيج Fissus ventrem, venter fissus; Ventrem findens *sagitta*, Multum hortans, Quae multum suscipit prolem (*femina*), Multum fluens.

بَاجَّة Pars vallis amplo patens spatio.

مُنْبَعِج Haereticus, anathemate percussus.

مَبْعُوج Fissus.

بعد 1) *n. a.* بُعْد Distitit, longius abfuit, Periit, mortuus fuit, بعدت Apage, in malam rem! بَعْدًا لَكَ Pereas! *De mortuo mulieres plangentes dicunt* لا تَبعد Ne pereas! b) بَعُدَ *n. a.* بُعْد Distitit, longius abfuit, بعدت عليهم الشقة Longa ipsis visa fuit via; Mortuus fuit. II Fecit ut longius abesset, removit *c. a.* III *n. a.* مُبَاعَدَة, بِعَاد Fecit ut longius abesset, *et* Recessit *c.* من *p.*, Longius abfuit. IV Remotus fuit, Removit, ابعده الله Maledicat ei Deus, *i. e.* removeat ab omni bono, ما أَبْعَدَكَ Quam remotus tu es! VI Longius ab invicem abfuerunt, Recessit *ab aliquo c.* من *p.*, Longius provectus fuit *c.* في *r.* X Procul esse reputavit; longe abesse voluit: recessit.

بَعْدُ Post, postea, amplius, بَعْدًا Postea. بَعْدَكُم Absentibus vobis. بعد ذلك Praeterea. بَعْدَه (*idiom. vulgari*) Adhuc. بعد اليوم Posthac. بعد ما Posteaquam. من بَعْد Postea, praeter. من بعد أن Posteaquam. أَمَّا بَعْدُ *i. e.* بعد دعاى لك Post felicem comprecationem. *Ita fere post praefationem, epistolam aut dissertationem ordiri solent.* بَعْدَكُمَا *i. q.* جيئت بَعْدَيكُمَا.

بُعْد Longinquitas, distantia, Absentia; Mors; Maledictio; بُعْد بَاعِد Longinquitas magna. *Intens.* بُعْدًا لَهُ Male sit ei, procul hinc! لذو بَعْد Profecto consilio et prudentia praeditus.

بَعَد Vilis, Distans, Interitus.

بَعَد Periens, Longinquus, remotus, *et ut singul. et ut plur. ut* ما انت منا ببعد *et* ما انتم منا ببعد.

انه لَغَيرُ بَعَدٍ In eo nil est boni, ما عنده بَعَد Apud eum nil boni, nil utilitatis est.

بَاعِد *Pl.* بُعُد Longe remotus, distans; Periens, Vilis, despectus.

بِعَاد *i. q.* بَعِيد.

بُعْدَة *Pl.* بُعَد Distantia, eaque loci sive cognationis, ذو بعدة Prudentia praeditus.

بَعِيد *Pl.* بُعُد, بُعَدَاء *et* بُعْدَان Distans: dissitus, Longinquus et alienior ab alicuius cognatione vel affinitate, تَنَحَّ غَيْرَ بَعِيدٍ وَغَيْرَ بَاعِدٍ وَغَيْرَ بَعَدٍ *i. e.* Sis propinquus *et ut sing. et ut plur.* ما انت منّا ببعيد *et* ما انتم منّا ببعيد.

بُعَيد Non multum longinquus. بُعَيْدَ زمان Aliquanto post tempore, رايته بعيدات بين *vel* بعيداته Post parvam absentiam eum vidi. Subinde, per intervalla.

أَبْعَد *Comparativus*: Periens, Sceleratus; غير ابعد Vir nullius frugis, ما عنده ابعد Nil boni apud eum est. *Pl.* اباعد Peregrini, non cognati. كب الله الابعد لفيه *i. e.* In faciem proiiciat.

حَرْفُ التَّبْعِيد Littera longinquitatis. *Ita appellatur* littera ل, quae in pronomine ذاك ut fiat ذالك etc. inseritur inter ceteras, *quia haec forma in re longinquiore adhibetur.*

مُبْعَد Qui procul a suis profectus est.

بَعْذَرَ *n. a.* بَعْذَرَة 1) Movit *c. a.*, quassit; 2) Horrore affecit (*aliquem*) *c. a. p.*

بعر *F. a. n. a.* بَعْر Stercus excrevit (*camelus vel ovis*). b) بَعِرَ (*a* بعير) Camelus factus est. II *n. a.* تَبْعِير Mundavit *viscera c. a.* III Stercore inquinavit *aliquem ovis vel camelus.* IV Mundavit *viscera c. a.*

بَعْر *et* بَعَر *Coll. nom. unit.* بَعْرَة *Pl.* أَبْعَار Stercus cameli vel ovis orbiculare, et quadrupedis omnis, ungulam ha-

bentis, sive solidam sive fissam. بعر Summa paupertas, Ovis vel hoedus qui ad foveam leoni capiendo paratam adligantur.

بعار *Nomen* Quod mulgentem stercore inquinat *ovis*.

بعار *i. q.* تبن Lotus *sc.* fructus arboris سدر.

بعرة Ira in Deo.

بعرة *i. q.* كمرة.

بعير *Comm. gen. Pl.* أباعير et أبعرة, أباعر, بعران Camelus (generis haud ratio habetur ut انسان de homine *Demirius*; sed nonnisi de adulto quinquenni in usu est *conf.* جمل, ناقة); Camela; *tum in genere* Onerarium iumentum *et* Asinus (*at non vulgari usu*). (*Has duas significationes Ibn-Chaluja attulit.*)

بعير *rarius Id.*

مبعر Locus stercoris, stabulum quadrupedis cuiuscunque.

مبعار Ovis stercus eiiciens in mulgentem.

تبعرص Movit se, tremuit *membrum amputatum.*

تبعرص *i. q.* تبرعص Agitatio, commotio; membri secti tremor.

بعزة Excitare, suscitare, Vastare, subvertere, Dispergere. *Sed hoc a Golio ex Mar. adductum vitium esse videtur; non est in Kamuso.*

بعزق (*vid.* زعبق) Disgregavit, dispersit.

بعزقة *i. q.* زعبقة Disgregatio, dispersio, *hominum vel rerum.*

بعوس *Pl.* بعاس et بعابس *explicatur in Kamuso per* ناقة شايلة منهوكة Camela lactis expers et extenuata.

بعص Macies corporis. Agitatio, commotio.

تبعص Commota et agitata fuit *res*; 2) *Speciatim de angue dicitur, quum calcatus* Se contorquendo movit.

بعصوص et بعصوص Gracilis tenuisque, Coxa, ilion.

بعصوصة et بعصوصة Insecti genus album et resplendens.

تبعصص Commota et agitata fuit *res, spec.* de angue se contorquendo movente dicitur.

بعض (*a* بعوضة) Noxam molestiamque passus fuit a culicibus.
II *n. a.* تبعيض Partitus fuit, divisit in partes *c. a.* IV Abundavit culicibus *in sua regione.* V Divisus fuit in partes.

بعض *Pl.* أبعاض Pars (*rei*); quidam: *omnis gen. et num. sed substantive sumitur, et c. c. g. sic* بعض الليالي Quadam nocte, يوما او بعض يوم Die quodam vel diei cuiusdam parte, *et* بعض لبعض alii aliis: invicem. لبعض الاحد (*idiom. vulg.*) Alicui.

ارض بعضة Terra culicibus abundans, Culicibus abundans *not.*

بعوض *Coll. nom. unit. c.* ة *i. q.* بق (*sed Demirius diversam speciem eam esse affirmat*) Duae sunt species: una, quae animalibus قرد appellatis sed tenuioribus gaudens pedibus et corpore humidiore similis, in Iraca et Syria جرجس (cimex), in Aegypto vero بق appellata; altera in Iraca بق, in Aegypto ناموس appellata (culex). *Hinc Adagium* مخ بعوضة Medulla culicis, كلفني مخ البعوض Imperavit mihi rem, quae fieri nequit, *et* جناح بعوضة Ala culicis *i. e.* res parvi pretii, floccus.

بعوضة Animalculum (*diversum a praecedente sec. nonnullos*) *nisi potius* بعضوضة.

تبعيض *Hac voce praepositio* من *in grammatica appellatur, si illa rem non ad omnes, sed ad quosdam pertinere indicat:* من الناس من لا يؤمن بالله Sunt quidam ex hominibus, qui in Deum non credunt. *In his enim voce* من *homines in duas partes dividuntur in illos scilicet qui credunt et in illos qui non credunt.*

مبعوضة Culicibus abundans.

بعضوضة Insectum scarabaeo simile.

تبعضض Cepit unus alterum.

بعط Mactavit *c. a.* IV *i. q.* أبعد Removit, longinquius abivit; *pecul.* pastum iumentum, Aversatus fuit, fugit *rem c.* من *r.* - *Hamas. p.* 473.

بعط Turpitudo facti et dicti.

ابعاط *n. a. Conj. IV et* Summa inscitia, turpitudo summa, dictum haud conveniens, Imparitas virium, *pro* ابعاد Recessio, remotio, Celeritas in incessu, fuga.

بعق 1) *n. a.* بُعاق Vehementius compluit (*terram nubes*); 2) *n. a.* بَعْق Iugulavit *c. a.* (*camelum*, *quasi sanguinem effundens*); 3) Manifestavit, detexit *c.* عن *r.*; 4) Fodit (*puteum*) *c. a.* II *n. a.* تَبْعِيق Fidit, diffidit *c. a.*, Iugulavit (*camelum*), et eius sanguinem profudit. V Iugulatus fuit; (*conf.* تبعج) Vehementi pluvia sese effudit (*nubes*), Profusus fuit, praeceps fuit (*in sermone*). VII (*conf.* انبعج) Pluviam profudit (*nubes*), quasi diffissa; *metaph.* Profusus ac diffusus et praeceps fuit (*in sermone*) *c.* في *r.*; Obruit inopinantem (*aliquid*) *c. a. p.* VIII Profusus, praeceps fuit (*in sermone*).

بَاعِق Torrens, Magna moles aquae vel fluctuum, Nubes imbrem effundens, Imber, Ingens fluxus, Vehemens sonus, fragor.

بُعاق *Id.*

بُعَّق Vehementia soni, In imbrem subito se effundens *nubes*, *pluvia*, Torrens, Magna moles aquae vel fluctuum.

بُعْقُط Brevis corpore, pumilio.

بُعْقُوتة Globulus fimi volutando effectus scarabaeo.

بُعْقُوط Brevis corpore, pumilio.

بعك Percussit petivitve eius extremitates (*gladio*) *c. a. p. et* ب.

بَعَك Durities, asperitas, spasmus in corpore.

بَاعِك Stultus, stolidus, vecors.

بعكر Amputavit *gladio c. a. r. et* ب *instr.*

بُعْكُوك Vestigia *hominum* in loco, ubi consedere, vel proprietas eorum vel copia eorum (*et ita de camelis*).

بَعْكُوكاء Malum, infortunium, Clamores, tumultus.

بَعْكُوكة Vestigia *hominum* reliqua in loco, ubi consedere, vel eorum proprietas et copia (*et ita de camelis*).

بُعْكُوكة Calor, Locus, ubi homines conveniunt, Vestigia *hominum* in loco, ubi consedere, vel proprietas eorum vel copia (*et ita de camelis*), Medium rei, Multitudo pecorum et eorum pulvis et coarctatio. بعكوكة الصيف والشتاء Coniunctio et concursus caloris et frigoris.

رَمْلة بَعَكْنَة Arena eunti admodum molesta.

بَعَل *F. a.* 1) *n. a.* بُعُولة (*Kam.*, *sec. al. est* بَعْل *n. a.*) (*a* بَعْل) (بعالة, بعولة) Maritus vel uxor evasit; coniugium inivit; 2) Noluit *c.* على; 3) b) بَعِل Mente turbatus et attonitus fuit, nesciens, quid faceret *c.* ب *r.*; 4) Timuit, Fastidivit. III *n. a.* بِعَال *et* مُبَاعَلة Consedit *cum aliquo c. a. p.*, Collusit, iocatus fuit (*cum coniuge*) *c. a.*, Bene concordavit coniux cum coniuge; et blanditiis excepit, *pecul. femina maritum*, Nupsit viro, Concubuit *cum aliqua.* بنو فلان لا يباعلون Quod ad quosdam attinet neque alii se cum iis matrimonio coniungunt, neque ipsi cum aliis, sed inter se matrimonia ineunt. V Obedivit marito suo (*mulier*), vel se compsit illi, Nupsit *alicui.* VI Iocatus fuit cum uxoribus *maritus.* VIII *i. q.* V. X Maritus vel uxor evasit; Sibi suffecit (*palma*), sua radice vigens, Locus elatior fuit ut pluvia irrigetur, *vide* بعل *seq.*

بَعْل *Pl.* بِعَال, بُعُول *et* بُعُولة *Fem.* بَعْل *et* بَعْلة Maritus et Uxor (*ut* زوج). *Est etiam* بعل *Arabiae felicis idiomate* Dominus, herus, possessor, *ut* من بعل هذه الناقة Quis est dominus huius camelae? *item* Arbor, Arvum, Palma irrigua, radice sua per se vigens, citra externam rigationem: nempe quae arte fit (*tantum secundum quosdam*); *etiam quae a pluvia* (*secundum alios*); Omne id quod datur propter palmarum rigationem, Palma mas, Onus, Res gravis, Terra elatior a pluvia semel anni spatio irrigata opposita iis regionibus, quae arte tantum irrigantur. Nomen idoli.

بَعِل *F.* ة Perturbatus animo in re, باعلة Non bene induens vestes *femina.*

بِعَال Coitus.

بعيم Idolum, Effigies picta, Statua lignea, *et* Qui carmina dicere seu componere nescit.

بعنس Vilis abiectusque evasit famulatu aliave re (*vir*).

بَعْنَس Ancilla fatua.

بَعَنْقَاة *i. q.* عَبَنْقَاة Unguibus acutis praedita (*avis*)

بَعَا *F. a. i. o.* 1) Mutuo petiit aut mutuatus fuit (*canem*) ad venatum, *vel equum* ad certamen currendi; 2) Crimen commisit, perfidia usus fuit; 3) Alea vicit; 4) *n. a*

بعو Vi adegit et assecutus fuit *aliquem c. a. p.*; 5) Maligno oculo petivit (*eum*), et percussit *c. a. p. et* ب *r.*; concitavit (*in eum mali quid*) *c. a. r. et* على *p.* IV ابعاه فرسا *i. q.* احباه. X Mutuo petiit aut mutuatus fuit (*canem*) ad venatum, (*vel equum*) ad certamen currendi.

بَعْوٌ Crimen.

بغ Efferbuit et commotus fuit (*sanguis*).

بغ *Fem.* بغة Parvus camelus.

بغبور Lapis in quo idolo victima mactatur, ara.

بغبور *Id.*

بغبغ Puteus cuius aqua haurienti propinqua.

بَغْبَغَة Certus modus camelini barritus; rhonchus in somno; Conculcatio; *item ut Infin.* Festinare, vociferari, cantare. *Gol. ex Mar.*

بغيبغ *Demin. a* بغبغ Parvus puteus haud profundus, Caper dorcadum pinguis. عَدَا طَلْقًا بغيبغا Non multum processit currendo.

بغيبغ Caper dorcadum pinguis, Expetens, Iniustus, tyrannus.

مبغبغ Propinquum (*iter nocturnum*).

مُبَغْبِغ Propinquum (*iter nocturnum*), Promptus celerque in perficiendo opere, Perverse agens, Perturbans.

بغت *F. a.* De improviso accidit vel supervenit *c. a. p.* III *n. a.* مُبَاغَتَة Inopinantem adortus fuit et oppressit.

بَغْت Res inopinata et derepente incidens.

بَغْتَة *et* بَغَتَة *Id.* لست آمن بغتات العدو Timendi mihi sunt hostis impetus inopinati. بَغْتَةً Subito.

بغوث (*Vox peregr.*, *vid.* باعوث) Festum Christianorum, Pascha.

بغث Nigris maculis notatum fuit album *pecus.* IV أَبْغَثَ Devenit in molliores arenas vel molliorem terram, Prodige expensas fecit.

بُغَاث *et* بَغَاث *Coll. et Sing. Pl.* بِغْثَان Avis cinericei coloris lento volatu paulo minor quam avis رخمة, Milvus, *tum* Aves viliores. *Inde proverb.* ان البغاث بارضنا يستنسر Milvus in regione nostra pro vulture habetur *i. e.* Is qui se tutelae nostrae commisit, magni a nobis habetur.

بغاثة *masc. et fem. Pl.* بَغَاث *i. q.* بغاث.

بَغْثَة Pluvia tenuis lenisque *infra* شاجذة.

بُغْثَة (*nomen*) Variegatum esse colore nigro et albo.

بَغِيث Triticum, triticum quod hordeo adulteratur.

بَغْثَاء Nigris albisque maculis variegatum (*pecus*); *inde* Diversorum hominum miscella, plebs, volgus, eiusque turba.

بُغَيْثَاء Locus manticae in iumento.

أَبْغَث *c. artic.* Leo, Avis quaedam, pulverulenta quasi, inclinans in fuscum; Locus arenosus.

بغثر 1) *i. q.* بَعْثَر Commovit, concitavit; 2) Disgregavit; dispersit, subvertit; 3) Produxit foras, retexit; 4) Quaesivit, scrutatus fuit; 5) Petulanter se gessit; 6) Male affecta et prava fuit *anima.* II تَبَغْثَر Prava fuit anima et male affecta.

بَغْثَر Stultus, Debilis, Pravatus morbo, Noxius sanitati, Vir sordidus, Camelus corpulentus.

بَغْثَرَة Commotio, confusio: *ut* القوم في البغثرة Confusus tumultuatur populus; *pecul.* Commotio ac languor cordis ex re, quam quis fastidit aut aliter ferre nequit; Turpitudo animae; Commixtio, Dispersio.

بَغْدَاد *et cum utroque vel alterutro* ذ Civitas Bagdad, condita in orientali ripa Tigridis, quae Chalifarum quondam sedes fuit, et مدينة السلام dicta.

بَغْدَادِيَّة Vestimenti genus.

تَبَغْدَد Relatus fuit ad urbem Bagdad, aut incolis eius similis fuit; Bagdadum petiit.

بَغْدَان *i. q.* بَغْدَاد.

بَغْدَان *et* بَغْدِين Urbs Bagdad.

تَبَغْدَن Intravit urbem Bagdadum.

بغر *F. a. n. a.* بُغُور 1) Occidit (*astrum*), *pecul.* Pleiadum, et pluviam excitavit; 2) Continuo pluit (*coelum*); 3) Rigavit *terram c. a.*; بَغْر Continua pluvia rigata est

(*terra*); 4) بَغَرَ et بَغِرَ *F. a. n. a.* بَغْرٌ Bibit sed non repletus fuit (*camelus*); Inexplebili laboravit siti; Morbo afflictus est ob potum (*conf.* بَغْرٌ).

بَغْرٌ Fluxus vehementior pluviae.

بَغَرٌ Fluxus vehementior pluviae; Sitis *sec. al.* inexplebilis, ut aegrotescant et moriantur (*cameli*), *vel* Morbus talis; Aqua prava ob quam morbo laborat iumentum.

تفرقوا شَغَرَ بَغَرَ In omnibus regionibus dispersi sunt.

بَغِرٌ *Pl.* بَغَارَى , بُغَارَى Bibens sed non satiatus potu *camelus*, et morbo afflictus ob potum.

بَغْرَةٌ Vehemens imber *seu potius* unus eius lapsus, له بغرة من العطاء لا تغيض Semper dona dat. Semen quod post pluviam seritur, in quo remanet humor, donec folia emittat.

بَغِيرٌ *i. q.* بَغِرٌ.

مَبْغُورٌ Complutus, irrigatus.

تَبَغْرَصَ (*vid.* تبرعص) Commotus fuit vel commovit se membrum abscissum.

بَغْزَ *n. a.* بَغْزٌ 1) Pede et fuste percussit; 2) Movit prae lubentia et alacritate *c. a.*

بَغْزٌ Alacritas *vel propr.* Alacritas cameli; Acies et vehementia animi.

بَاغِزٌ Lubens et alacris; Improbitati deditus et incumbens, inhonestus, obscoenus; Alacritas.

خز بَاغَزِيَّةٌ Vestis ex serico facta: *inprimis crudiore*, *quod dicitur*.

بَغْسٌ *Vox Ieman.* Nigredo.

بَغَشَ *F. a. n. a.* بَغْشٌ 1) Tenuiore pluvia pluit (*coelum*); 2) Pavens confugit ad te (*puer*) cum fletu; 3) In fenestram intrant (*atomi*); 4) *Pass.* بُغِشَ Tenui pluvia rigata fuit *terra*.

بَغْشٌ Pluvia tenuis, levis.

بَاغِشٌ Tenuis (*pluvia*).

بَغْشَةٌ Pluvia tenuis et exilis (*supra* طشة).

بَغَضَ *F. o.* بَغِضَ *F. a.* بَغُضَ *F. o. n. a.* بَغَاضَةٌ Exosus fuit; 2) ابْغُضْهُ et يُبْغِضُنِى Odi eum et me odit (*male dicitur*). b) بَغِضَ Periit, decidit (*fortuna*) *ut in formula* نَعِمَ اللّٰهُ بك عينا وبَغِضَ بعدوك عينا.

II *n. a.* تبغيض Exosum reddidit, in odium adduxit *c. a. r. et* الى *p.* IV Odit, odio habuit *c. a.*, ما أَبْغَضَهُ لى Quam maxime mihi exosus est (*rarius adhibetur*). V Odium monstravit, inimicitias gessit. VI Oderunt invicem.

بُغْضٌ Odium.

بِغْضَاءُ Vehementia odii.

بِغْضَةٌ Odium magnum.

بَغِيضٌ Exosus *c.* الى *p.*

بَغَاضَةٌ Odium.

مُبْغَضٌ Exosus.

بَغَاقٌ Multiloquentia (*pro* بقاق).

بَغْلٌ *Fem.* بَغْلَةٌ *Pl.* بِغَالٌ Mulus. *Dubitare licet*, *num in loco libri inscripti Tarich Ahmed Almokri (qui liber tractat res Arabum in Hispania gestas) vox* بغل *mulum an* canterium *significet*: كان من جملتها اربع مائة فرس منها مائة حجرة ومائة فحل ومائتنا بغل Ad eas pertinebant quadringenti equi, nempe centum equae, et centum admissarii et ducenti بغل; *sed et* mulos *significare potest*, *qui ad equorum* (فرس) *genus referuntur*.

بَغَّلَ Infamavit filios (*eorum*) *c. a. p.* II *n. a.* تبغيل *Id.*, *et* Socors, segnis lentusque et lassus fuit; Incessit ut mulus (*a* بَغْل) certo modo inter عنق et هملجة *camelus*.

بَغَّالٌ Mulio; qui mulos possidet elocatve aut pascit, Mulo.

بَغَّالَةٌ Is qui multos possidet mulos.

مَبْغُولَاءُ Mulorum agmen.

بَغَمَ *F. a. i. o. n. a.* بُغَامٌ et بُغُومٌ 1) Vociferata est *dorcas* suavissimo sono ad pullos suos; abrupit talem vocem suam neque extendit (*camela*, *conf.* رغا); *etiam de vociferatione cervi et capri montani dicitur*; *De homine vero* 2) Ambigue et obscure locutus fuit, haud perspicue indicans quid vellet *c. a. p. et c.* ل *p.* III *n. a.* مباغمة (*conf.* ناغم) Leni voce locutus fuit vel suavi voce. V *i. q.* I. 1.

بَغْمٌ Sermo occultus.

بُغَامٌ Vox dorcadis, mugitus.

بَغْمَةٌ Vociferatio lenis *cameli.*

بَغُومٌ Vociferans *dorcas fem.*

بَاغِمَةٌ Sermo qui modesta et leni fit voce.

تَبَغْنُجٌ *i. q.* تَغَنُّجٌ; *sed maiorem hoc vim habet.*

بَغَا *n. a.* بَغْوٌ Intuitus fuit, seu consideravit observavitque *rem*, ut statum cognosceret *c. a.*

بَغْوٌ Prodiens flos plantae عُرْفُطٌ *et* سَلَمٌ; Fructus arboris silvaticae parvus viridisque non maturescens.

بَغْوَةٌ Spatha palmae fissa atque exserens flores; dactylus immaturus; Fructus arboris silvaticae parvus viridisque, non maturescens.

بَغُوٌ *i. q.* بَغِيٌّ.

بَغَا *F. i. n. a.* بَغْيٌ 1) Modum transgressus fuit, exorbitavit, a vero et iusto deflexit; iniustum et violentum se gessit *c.* على *p.*; mentitus fuit; praeter rationem egit, insolens fuit, insultavit *(alteri)*; superbivit; 2) Ex insidiis obruit *praedam c. a. r.*; 3) *n. a.* بِغَآءٌ Scortata fuit, adulterium commisit *(sed hoc a petendo)*; 4) Alacer agilisque fuit *(equus)*, celer fuit *(in incessu) c.* في; 5) Vehementer pluit *(coelum)*; 6) Intumuit sanieque sorduit *(vulnus ulcusve)*; 7) *n. a.* بُغَآءٌ, بُغًا, بِغْيَةٌ, *atque* بُغْيَانٌ Petiit, expetivit; quaesivit, *etiam quod amissum fuit c. a. r.*; 8) Petiit, quaesivit *alteri c. a. p. et a. r. vel c.* ل *p.*; 9) Adspexit, contemplatus fuit, observavit, exspectavit *c. a.* III *n. a.* بِغَآءٌ *et* مُبَاغَاةٌ Iniuste et praeter rationem tractavit *alterum c. a. p.*, Petiit, Scortata fuit; Contendit (cum altero), uter praevaleret. IV Petiit et quaesivit alteri, vel iuvit eum *(in expetenda et quaerenda re) c. d. a.* V Petiit, expetivit, quaesivit, *etiam quod amissum fuit c. a.*, observavit *rem c. a. r.* VI Modum transgressi sunt inter sese, *peccul.* cupiendo et petendo, atque iniuste agendo. VII Facilis, expedita fuit *(res)*; expetitum, cupitum, quaesitumve fuit, convenit, decuit *c.* ل *p. et* أن *r.*, Oportet *c.* أن. VIII Quaesivit *c. a. r.*, Decuit *et in passivo idem*, *ut dicatur* ما يُبْتَغَى *et* ما ابْتَغَى *seq.* أن. VIII *et* X Expetivit, cupivit, quaesivit *c. a.* X Rogavit *aliquem*, ut quaereret *c. a. p.*

بَغْيٌ Iniustitia, vis iniqua, protervia, insolentia; pluvia vehemens.

بَاغٍ *pro* بَاغِي *Pl.* بُغَاةٌ *et* بُغْيَانٌ Expetens, cupiens, quaerens, extortor, iniustus, tyrannus, rebellis, Non iniens camelam *(camelus)*, Alacer *equus*, بَاغِي ثَلاثِين Adolescens viginti annorum.

بُغْيَةٌ Res expetita, qua opus est: et quae desideratur, uti amissa, لى في فلان بغية Est mihi cuiusdam desiderium, aut eo mihi opus est. *Quidam volunt hoc notare modum expetitionis, dum* بُغْيَةٌ *rem ipsam significet.*

بِغْيَةٌ *Id.*

بُغَآءٌ Res desiderata et requisita, petita.

بَغِيٌّ Iniustus; Multum observatus, adspectus, *et Pl.* بَغَايَا Meretrix, adultera, *et quidem sive libera sit sive ancilla.*

فِئَةٌ بَاغِيَةٌ Gens rebellis contra iustum principem vel ducem; *et* بَاغِيَةٌ Scortum.

بَغَايَا Primae copiae quae exercitum praecedunt.

بَغَايَةٌ *i. q.* بُغَآءٌ *et* انه لذو بغاية Multum ille lucratur.

بَغِيَّةٌ Res expetita, Animal errabundum quaesitum.

مَبْغًى Modus expetendi quaerendive.

مَبْغَاةٌ *Id.*, بغيت المال من مبغاته Quaesivi opes prout vel unde oportuit.

اَلْمُبْتَغِي Leo; Expetitus, quaesitus.

بَقَّ 1) Multam prolem peperit *(femina)*; 2) Multum pluviae fudit *(coelum)*; 3) Dispersit *familiam, opes c. a. r.*; 4) Florere coepit *(planta)*; 5) Superbiam, magnificentiam multam ostendit; 6) Fidit *(saccum) c. a. r.*; 7) *n. a.* بَقٌّ, بَقَاقٌ Multis verbis molestus fuit *(hominibus) c.* على *p.* II Dispersit *(opes) c. a.* IV Foecunda et multipara fuit *(femina)*, Multiloquus fuit, garrivit; Ampliavit *bonum vel malum alicui c. a. r. et a. p.*, ابق الوادى *i. e.* خَرَجَ بَقَاقُهُ, Peperit *(ovis)* penuriae tempore macros pullos.

بَقٌّ *Coll. nom. unit.* بَقَّةٌ Culex; *et* Animalculum lato capite praeditum rubrum foetens: cimex *in Aegypto*; *(sed plerumque additur* منتن; *aliter appellatur* فسفس *et in Syria* جرجس*) distinctionis causa dicitur* بق الخشب *et* بق الحيطان; Mulier multos liberos habens;

شجرة البق Arbor culicum, ulmus; quia ex succo in folliculis exsiccato culices gignuntur. رَجُلٌ لَقٌ بَقٌ Garrulus vir.

بَقَاقٌ Multiloquus, garrulus vir; Vilior pars supellectilis domesticae, Coll. nom. unit. c. ة Avis multum vociferans.

بَقَاقَةٌ Multiloquus vir.

مِبَقٌ Multiloquus, garrulus vir.

بقبق n. a. بَقْبَقَةٌ Bombum edidit amphora, dum affatim ex ore angustiore efflueret vel in aquam immissam influeret aqua; ab ipso sono inditum nomen. بَقْبَقَ علينا الكلامَ i. q. فَرْقَعَ.

بَقْبَاقٌ Os, oris. رجل لَقْلَاقٌ بَقْبَاقٌ Garrulus vir.

بَقْبَقَةٌ Sonus, quem edit ampulla in aquam immissa.

بقت (vid. بقث) Miscuit subegitque massam lactariam أَقِطٌ dictam c. a. Kam.

مَبْقُوتٌ Stultus, vecors. Kam.

بقث (vid. بقت) Miscuit, confuditque (negotium, cibum, sermonem suum) c. a.

بقاجة propr. vox Turc. Speculum (Spiegel).

بقدونس Apium petroselin. planta quae in Aegypto crescit. Forsk. Flora Aegypt. Arab. p. LXIV.

بقر F. a. n. a. بَقْرٌ 1) Fidit, dilatavit, atque ita aperuit c. a., unde dicunt ابقرها عن جنينها Finde eam, camelam in ventre, ut a foetu liberetur; 2) Interrogando perscrutatus est; 3) Cognovit res alicuius c. في p.; بَقَرَ الأرضَ Vidit locum aquae (upupa, avis). b) بَقِرَ F. a. n. a. بَقَرٌ, بَقْرٌ 1) Suspiravit, lassus defatigatusque fuit et paene potuit videre; 2) Bubus visis obstupuit laetitia canis. II n. a. تَبْقِير Bubulae ungulae magnitudine circulum delineavit puer; Lusit ludo qui بقيرى dicitur. V Amplus fuit seu abundavit scientia et opibus, vide باقر seq.; substitit intra urbem vel in pago, suis in campo relictis; conf. بيقر seq. VIII Finditur media.

بَقَرٌ Coll. Pl. بُقُورٌ et أَبَاقِرُ Boves vel genus boum. (Boves Arabibus malo omini sunt. Hamas. p. 285.) Cognomen mulierum et domesticorum. Nomen sideris. Ideler Unters. üb. die Sternnamen. p. 268. البقر الوحشي Quatuor a Demirio enumerantur species, يحمور, ايل, مها et وعل. علة البقر est Morbus, in quo subter cutim vermis generatur. جوع البقر Fames bovina, bulimia. عيون البقر Oculi bovis, i. e. genus uvae magnum nigricans, rotundum non bonae dulcedinis; at in Palaestina ita generaliter vocantur pruna nigricantia Damascena.

بُقَرٌ Mendacium. In locutione adverbiali adhibetur una cum شُقَر e. g. جاء بالشُّقَرِ والبُقَرِ Mendacium attulit. Infortunium, malum.

بَاقِرٌ Boum agmen cum suis bubulcis; item Magnus, Pl. بَوَاقِرُ Boves; Abundans scientia et opibus; Vena in hircis; c. artic. Leo.

بُقْرَةٌ Circulus ungulae bubulae magnitudine.

بَقَرَةٌ gen. comm. Pl. بَقَرَاتٌ, بَقَرٌ, بُقُرٌ, بِقَارٌ, أَبْقُورٌ Bos, vacca; Pl. بُقَرٌ Avis quaedam vel pulverulento colore praedita, vel albo.

بَيْقَرَ n. a. بَيْقَرَةٌ 1) Conspectis bobus attonitus constitit (canis); 2) Suspiravit et lassus fuit; 3) Constitit in oppido, vel pago, relinquens suos in campo; descendit seu recepit se (in domum) c. a.; 4) Migravit de loco in locum; 5) Celeriter incessit, properavit demisso capite; 6) Periit, interiit, mortuus fuit; 7) Perdidit; 8) Incessit superbi more; caput motitavit inter eundum seu properandum; 9) Dubitavit de re; 10) Ivit in locum incognitum; 11) Cupivit colligere opes; 12) Sustulit equus pedem anteriorem; 13) Exiit ex Syria in Iracam. II تَبَيْقَرَ i. q. تَبَقَّرَ Amplus fuit.

بَيْقَرٌ Textor.

بَقِيرٌ Ventrem fissa camela foetus educendi ergo; et Infans qui ex utero matris exscinditur; i. q. إِتْبٌ Indusium (vestis striata ac fissa), manicis carens, quod feminae induere solent; Pullus equi, qui tunica involutus nascitur; Armentum boum.

بَقَّارٌ Qui possidet boves; mercator boum; Boves; Faber ferrarius; cum artic. Nomen vallis, etiam deserti, a daemonibus habitati; Nomen ludi; Nomen sideris. Ideler Unters. üb. d. Sternnamen p. 46.

بَاقِرَةٌ i. e. فتنة باقرة صادعة للألفة شاقة العصا.

بَاقُور Agmen boum.

بَيْقُور *Id.*

بَاقُورَة Agmen boum; Vacca (*apud incolas Arabiae felicis*).

بَيْقَرَة Multitudo opum et supellectilium.

بَقِيرَة Pannus fissus qui induitur, manicis carens.

بَيْقُرَان Planta quaedam.

بُقَارِي Mendacium, infortunium, malum.

بُقَيْرَى Ludus puerilis, in quo parvi ex terra cumuli formantur, et lineae circumducuntur.

بَقَّارِي F. ة Crassus et firmus (*baculus*), *qualis est bubulcorum.*

أَبَيْقِر Is in quo nil est boni.

مَبْقُور Fissus, *peculiariter* ventrem.

مَبْقَرَة Via, semita.

بَقْس *et* بَقْس *item* بَقْسِيس *Graec.* πυξός Buxus. (Arbor ei quae آس appellatur, foliis et granis simillima *vel* eadem est ac شمشاد.)

بَقْش Arbor apud Persas خُوش ساى appellata (*fort. i. q.* بقس).

بَقْط Supellex: eiusque collectio ac colligatio; Disgregatio, separatio; Concessio seu elocatio horti pro triente vel quadrante proventus.

بَقَط Quod decidit de dactylis, *quum negligentius amputantur racemi;* Segmentum frustumve (*cuiusvis rei*); Turba disgregata ac dispersa.

بِقَاط Manipulus massae lacturiae, quae أقط dicitur.

بَقَّطَ II *n. a.* تَبْقِيط 1) Ascendit (*per montem*) *c.* فى; 2) Citus fuit festinavitque (*in sermone vel in incessu*) *c.* فى *r.*; 3) (*conf.* بكت) Corripuit monuitque (*verbis*) *c. a. p. et* ب *r.*; 4) Disgregavit (*rem*) *c. a.*, segregavit, dispersit. V Sensim et per partes sumpsit (*nuntium*) *c. a.*

بُقْطَة Turba disgregata.

بُقَاط Sedimentum granorum colocynthidis cum dulcantur affusa aqua.

بُقْطُرِيَّة Genus vestis albae et amplae.

بَقِعَ *n. a.* بُقُوع 1) Abivit in aliquem terrae tractum (بُقْعَة), *ut* ما ادرى اين بقع Nescio, quo ivit; 2) بُقِعَ Turpibus et probrosis dictis lacessitus fuit. b) بَقِعَ *n. a.* بَقَع 1) Nigro alboque colore variegata fuit (*cornix*); 2) Affusa manibus aqua quasdam modo earum partes humectatas habuit; 3) Satis habuit, contentus fuit *re c.* ب *r.*; 4) Deserta et vacua evasit (*regio*) *c.* من *r. vel p.* II Abiit. VII Festinanter, celeriter abivit, discessit. VIII *Pass.* أُبْتُقِعَ (*conf.* امتقع) Mutatus fuit color vultus.

بُقْع *Pl.* Aquarii, pocillatores, Tecti vestibus reparatis assumento *in his Hadjdjadji verbis* رايت قوما بقعا.

بَقَع Color geminus, *seu* eius varietas et affectio; maxime ex albo et nigro; *de avibus et canibus dicitur: uti* بَلَق *de iumentis.*

بُقَع Colores gemini.

أَبْقَع Bicolor *et tum* Hyaena, *vel* corvus bicolor *vel* canis bicolor *in versu quodam Alachthalii.*

بَقَاع Terra alta et late patens. بَقَاع *vel* خَرْءٌ بَقَاعٌ Pulvis et sudor, dum striae eorum in corpore remanent.

أَرْضٌ بَقِعَة Terra in qua sunt بُقَعٌ من الجَرَاد.

بَقْعَة Locus depressior in quo restagnat aqua.

بُقْعَة *et* بَقْعَة (*usitatius*) *Pl.* بِقَاع Terrae angulus tractusve vel fundus. *Ex Chalili sententia est* Terrae tractus non eiusdem conditionis, quam alter huic confinis. بقعة مكرمة Coenobium. فى كل بقعة Ubique.

بَقِيع Locus in quo multae diversarum arborum radices; *unde* بقيع الغرقد Nomen coemeterii Medinensis *et* البقيع *appellati.*

بُقْعَان *Pl. a* بَقِيع *praeced. et speciatim* Famuli et simul mancipia Aethiopica *ob diversos eorum colores*, *album, rufum et nigrum.* بُقْعَان الشام Servi, famuli Syriae. *quia hi sunt a Graecis et nigris* (*albis et nigris*).

بَاقِعَة Avis cauta, quae dum bibit in dextrum et sinistrum oculos vertit, non adit locos potus publicos, sed bibit aquam restagnantem in locis depressioribus (بُقْعَة), *unde nomen ortum videtur*, *et tum* Valde versutus; subtilis, intelligens ac versutus (*homo*), quem nihil fugit, neque attonitus est. *Prov.* هو باقعة من البواقع Valde versutus est.

بَقِيعَةٌ Campus.

أَبْقَعُ F. بَقْعَاءُ Albo nigroque variegata cornix. اَلْبَقْعَاءُ Sterilis *annus et sec. al.* partim foecundus, partim sterilis *ob geminum colorem.*

أَبَيْقَعُ Annus, cuius pluvia exigua est.

بَـقَـلَ F. o. 1) Apparuit, prodiit, (*ut dens cameli*); Germinavit *et pecul.* 2) Olera produxit; herbascere coepit (*terra*), virescere et folia emittere (*herba*, *pabulum inprimis camelinum*); 3) *n. a.* بُقُول Barbae lanugine vestitus est (*vultus*). II Lanuginem produxit *vultus adolescentis.* (*Kamus.*, *sed negat Djeuharius. Est vero solus Abu-Hatim, qui hanc formam pro prima admittit.*) *Item* Rexit, imperavit. IV Lanuginem produxit (*vultus adolescentis*), Lanugine faciem vestivit (Deus) *c. a. p.* Oleribus et herbis praedita fuit (*terra*), Iumentum olera depascens habuit; Olera depascere sivit *iumenta c. a.*; Herbas collegit (*iumento*) *c.* لِ. V Herbas seu olera comedit: ea depastus fuit (*pecus*). Olera quaesitum seu petitum exivit; pecus seu iumentum habuit olera depascens. VIII Herbas seu olera comedit, depastus fuit.

بَقْلٌ *Coll. nom. unit. c.* ة Herba ex semine nata, olus.

بَقْلٌ Vernales aerbae.

بَقِلٌ Herbascens (*campus*); folia seu virorem emittens, fruticescens (*pabulum cameli*); Primum pubescens genas (*adolescens*). (*Hae formae a Golio ex Camuso adnotatae sunt; sed in editione Calc. nil praeter* بَاقِلٌ *inveni.*

بَاقِلٌ Folia emittens *pabulum.* (*Non dicunt* مُبْقِلٌ *Djeuh.*) Nomen viri cuiusdam, cuius lingua tam impedita erat ut in proverbium veniret.

بَقْلَةٌ *nom. unit. Pl.* بُقُولٌ *et* أَبْقَالٌ Herba quae progerminat ex semine, non ex radice firma, Olus, *specialim* portulaca, *quae alias dicitur* بقلة الحمقاء *et* اللينة Olus fatuum seu insipidum, olus molle; *ita et cum aliis adiectis alia denotat*, *ut* بقلة اترجية Citrago; بقلة الانصار Brassica; بقلة الباردة Hedera; البقلة الحامضة Planta quaedam; بقلة الخطاطيف Chelidonia; بقلة الذهبية Spinachium seu atriplex; بقلة الرماة *et* بقلة الرمل *vel* بقلة البرارى Plantae quaedam; بقلة العدس Calamintha; بقلة الغزال Dictamnum; بقلة المباركة Intybus; بقلة الملك Fumaria; بقلة اليمانية Blitum; بقلة اليهودية Sonchus; بُقُول الاوجاع Planta quae adhibetur ad dolorem ventris depellendum.

بَقِيلٌ *i. q.* بَقْلٌ.

بَقَّالٌ Olitor, qui olera vendit; eduliorum venditor, *idiomate vulgi pro* بَدَّالٌ *sc.* qui legumina, uvas passas, dactylos etc., et butyrum, oleum, mel et similia vendit, *hodieque* بقال *in Mauritania dicitur; etiam in genere* Tabernarius, qui tabernam habet.

بَقَّالَةٌ Herbas, olera producens *terra.*

بُوقَالٌ Amphora carens ansa, *Hisp. bokal*; situla sine ansa.

بَقِيلَةٌ Virens, olera producens *terra*; carnes in iure coctae cum oleribus, ciceribus, similibusque.

بَاقِلَّى, بَاقِلًى *et* بَاقِلَاءٌ *Coll. et nom. unit. c.* ة *Plur. eodem modo* Faba; البَاقِلَّى القِبْطِى Planta, cuius grana minora sunt quam fabae (Faba Aegyptiaca), *et* Aegyptiaco continet pondere quatuor شامونة, sed Graeca duo شامونة et duos obolos. *Avicenna L. V. p.* 268.

بَاقِلَاةٌ *Id.*

بَاقِلَّانِى Is qui fabas vendit.

مُبْقِلٌ Herbascens *ager*, Folia emittens (*pabulum*).

مُبْقِلَةٌ Virescens *olus.*

مَبْقَلَةٌ Locus oleribus consitus, hortus olitorius.

مَبْقُلَةٌ *Id.*

بَقِمَ Morbum contraxit *camelus* ex pastu عَنظُوان. V Foetu, quem in ventre gerebat, gravatum fuit (*pecus*).

بُقَامَةٌ Lana rudior et impectinata; quod carminando decidit, neri minus idoneum, stupa; Schidion ligni, quod dolando disiicitur; Parum intelligens, mente imbecillis.

بَقَّمٌ *Vox peregr.* Lignum arboris magnae, foliis amygdalinis, cuius truncus ruber est et cuius decocto tingitur: quod et sanguinem sistit, carne implet exsiccatque ulcera; Lignum Bresillum; *Afr. etiam* Color eius tincturam referens; Tinctura rubra. *Forsk. hanc vocem* بقوم *scribit et ex hac arbore carbones in Aegypto confici dicit Flora Aegypt. Arab. p.* LVI.

بَقَّمٌ *Idiomate Arabiae Felicis* Planta nucis matel جوز الماثل. *Sprengelius eam* Caesalpiniam Sappan *appellat Histor. rei herbariae. p.* 260.

بقم *vid.* بقيمى.

مُبَقَّم Ligno بقم tinctus.

أَبْقَن Multo proventu polluit regio ipsi propinqua.

بَقَا n. a. بَقَاوَةٌ Spectavit, respexit, observavit c. a. et c. بعينه (In Kamuso observatur, tertiam litteram tam و quam ى esse); 2) Exspectavit c. a. p.

بَقَاوَتَكَ مالكَ et أَبْقُهُ بَقْوَتَكَ مالكَ nempe بَقَاوَةٌ et بَقْوَةٌ i. e. احْفَظْهُ حِفْظَكَ مالكَ.

بَقِيَ F. a. (Dialecto Taijensium بَقَى et بَقَتْ ut فَنَى et فَنَتْ) n. a. بَقَاءٌ, بَقْيٌ, بُقِيٌّ, بَقَاءٌ (et بَاقِيَةٌ quoque tanquam nomen actionis) 1) Reliquus et superstes fuit; 2) Mansit, permansit: continuavit c. على, vel cum Verbo aut Partic. peculiariter dum superstes in vita mansit. بقى يضرب Continuo verberavit. بَقِيَ (idiom. vulg.) Adhuc est, ما بقينا (idiom. vulg.) Non amplius; 3) بَقَاءٌ n. a. بَقْيٌ Observavit, respexit eum. II Superstitem reliquumque servavit: reservavit c. a. III De conservatione et superstite vita certavit c. a. p. IV Superstitem reliquit, servavit c. a., Permisit ut remaneret, permisit ut permaneret in re c. على r., Respexit, misertus fuit c. ل vel على, Superstitem esse sivit ex commiseratione. V Superstitem reliquit, servavit c. a. VI Una simul reliqui fuerunt aut superstites manserunt. X Superstitem servavit, et Residuum seu partem reliquit c. من r., Superstitem atque in vita conservavit c. a. p.

بَاقٍ pro بَاقِيٌ Pl. بَاقُونَ Reliquus, restans, superstes; بَاقِيَةٌ loco Infinitivi ponitur: هل ترى لهم من باقية i. q. بقاء); سبحان الْبَاقِيَاتُ الصَّالِحَاتُ Omne pium opus, vel verba الله vel الحمد لله, vel لا اله الا الله, vel الله اكبر vel quinque preces.

بُقْيَا Res superstes.

بَقْوَى Res superstes, conservata seu reservata.

بُقْوَى Id.

بَقِيَّةٌ Pl. بَقَايَا Reliquum, res residua, reliquiae; بقية الله Obedientia erga Deum, et exspectatio praemii eius, aut significat الحالة الباقية لكم من الخَيْر aut Quod vobis ex rebus licitis restat (Kam.). بقية القوم Cives optimi. بقايا السيف Ii qui e gladiis hostium evaserunt. اولو بقية Misericordes vel prudentes.

أَبْقَى Permanens, perennis.

مُبْقِيَاتٌ (de equis) Qui continuant cursum cum alii currere desinunt.

بقيلل (si scriptio recta est) Sisymbrium monense. Forsk Flor. p. CXVI.

بَكَّ F. o. n. a. بَكٌّ et بَكَاكٌ Compressus fuit, uti in densa hominum turba; confluxit et tumultuatus fuit; 2) Laceravit, disiunxit, rupit, separavit, dilaniavit c. a.; 3) Compressit et pressu arctavit c. a.; iniit (feminam), instar [illegible] quasi coitus ergo c. a.; 4) Contudit et fregit (collum) c. a.; 5) Misericordiam exercuit, superbiam suam suppressit; 6) Ad egestatem redactus fuit; Corpore hirsutus fuit, indicio audacis strenuique animi. VI Confluxu suo invicem coarctarunt ac presserunt se; venientes abeuntesque inter sese tumultuati fuerunt.

بُكُكٌ Adolescentes robusti (أَحْدَاثٌ أَشِدَّاءُ), et Asini agiles.

أَحْمَقُ بَاكٌّ (et addito تَاكٌّ) Fatuus, qui discernere nescit recte quid an perperam faciat.

بَكَّةُ Urbs Mecca vel vallis urbis Meccae.

بَكِيكٌ i. q. ذَكَرٌ مُدْقَعٌ.

أَبَكُّ Pl. بُكَّانٌ Sciens, guarus; Vehemens, fortis; Asinos, pecora atque alia affligens; Mercenarius qui suorum res curat et i. q. أَجْذَمُ. Ita in Camuso: العنيد الشديد والذى يبك الحمر والمواشى وغيرها والعسيف يسعى فى أمور اهله.

بَكْبَكَ n. a. بَكْبَكَةٌ Coniecit (res) alias super alias. II Collisus, compressus fuit populus ob multitudinem.

بَكَابِكٌ Protervus, superbus.

بَكْبَاكٌ Pumilio, ita brevis ut volvi potius videatur quam incedere.

بَكْبَكَةٌ Confluxus hominum, adventus et abitus, commotio rei, vertere horsum et deorsum utensilia; Modus agendi caprae cum parvis.

بَكَأَ F. a. n. a. بَكْءٌ, بُكُوءٌ, بَكْأَةٌ Parum lactis habuit (camela vel ovis). b) بَكُؤَ F. o. n. a. بَكَاءَةٌ Id. X Parum lactis habentem invenit.

بَكْءٌ et بَكْأٌ Coll. nom. unit. c. ة Nomen plantae.

بَكِيءٌ et بَكِيئَةٌ Pl. بِكَاءٌ et بَكَايَا Parum lactis habens camela.

بَكَتَ 1) Percussit gladio, fuste; 2) Excepit re ingrata *c. a.* II *n. a.* تَبْكِيت *Id., et* Increpuit et metum incussit (*inprimis reprehendendo*) *c. a.*; reprehendit *c. a. p. et* ل *vel* ب; ad silentium redegit reprehendendo; probatione clara convicit *c. a.*

مُبَكِّت Mulier alternatim pariens marem et femellam.

بَكَرَ *F. o. n. a.* بُكُور Diluculo fuit: diluculo surrexit, diluculo fecit (*aliquid*), venit *ad aliquem c.* على, الى, فى. 1b) بَكِرَ Properavit. II *n. a.* تَبْكِير Diluculo fecit aliquid; Praecessit; Venit ad preces primo tempore; *pecul.* nocturno tempore seu admodum matutino profectus fuit; Mane *ad aliquem* profectus est *c.* الى *p.* (*etiam alio tempore*); Properavit et velut consuetum initii terminum praevertens fecit quid: *uti* بكروا بصلاة المغرب. Antequam solis discus occasum attingeret, composuerunt se ad precationem vespertinam. Fecit ut mane surgeret, mane ad aliquem veniret *c. a. p. et* على *alter.* III Mane ad eum venit *c. a. p.* IV Mane ad aliquem venit *c.* على, *et* الى *et* فى; Fecit, ut *aliquis* mane *ad aliquem* veniret *c. a. p. et* على *alter.*, Festinavit, tempestive admodum et velut tempus praevertens se contulit *ad aliquid*; praecessit *c.* الى *r.*; multo mane aquatum euntes camelos habuit. V Praecessit. VIII Diluculo surrexit; Multo mane venit *c.* الى *et* على *et* فى; Primos fructus, primitias (*rei*) accepit, et edit *c. a.*; Primo partu marem genuit (*femina*); A principio solemnibus sacrae orationis interfuit, audiens ipsam praefationem خُطْبَة dictam, qua laudant Deum, et pro rege orant Muhammedani. Virginitate spoliavit *puellam c. a. p.*

بَكْر *Coll.* (بَكْرَة *nom. unit. seu Fem.*) *Pl. pauc.* أَبْكُر, *Pl. mult.* بِكَار *et* بِكَارَة Iuvenca camelus. *Ita dicitur ex quo tempore desinit esse* ابن لبون *i. e. anno tertio et usque dum fit* بعير *anno sexto. Idem quoque est ac* بُكْر, *quod varium sensum admittit et variam cameli iuvenci aetatem complectitur. Prov. locutio* اصدقنى سِنَّ بكرك (*et* سِنَّ) Virium mihi statum indica. Struthiocameli ovum, Margarita non perforata; Qui mane surgere potest, matutinus, diluculo surgens vel faciens aliquid. *Dicitur* رَجُلٌ بَكْرٌ فى حاجته.

بِكْر *Pl.* أَبْكَار Primum in qualibet re, factum quod nullum iam praecessit, Vacca quae non concepit, *vel* iuvenca, Nubes aqua abundans, Primo vere nubes quae pluviam nondum effudit, Quod vitis primum uvas profert, Virgo intacta, Mulier vel camela primo partu, primipara; quae semel modo peperit; *gen. comm.* Primogenitus, primi partus proles; *etiam in brutis* eiusmodi foetus; et tam femella, quam masculus; *et* ovum struthiocameli; ضربة بكر Ictus penetrans, et lethalis, *ut qui sufficiat primus et unicus.*

بَكْر *Pl.* أَبْكُر, بُكْرَان, بِكَارَة Parvus camelae, *vel* iuvencus (فتى), *vel* quum priores dentes eiecit (ثنى) donec quinquennis est (جذع), *vel* camelus annicu... (ابن المخاض), donec priores dentes eiecit, *vel* iuvencus bimus tertium ingressus annum (ابن اللبون), *aut* camelus, qui nondum anteriorem accepit dentem (*quod anno octavo vel nono fit*).

بُكْر Matutinum tempus; *unde* بُكْرًا Mane diluculo.

بَكِر Qui mane surgere potest, matutinus, diluculo surgens vel faciens quid. *Dicitur* رجل بَكِرٌ فى حاجته.

بَكُر *Id.*

بَاكِر *Id.*

بُكَّر Species quaedam plantarum in Arabiae Felicis campis frequentium: Panicum dichotomum. *Forsk. Flora p. cix. qui* بكار *scribit.*

بَكْرَة *et* بَكَرَة, *Pl.* بَكَر *et* بَكَرَات Lignum rotundum in cuius medio est crena (محز) super quo aqua hauritur, vel trochlea, rota celeris, aut tympanum mobile: *ut quo hausta aqua attollitur*; Rota currus. Agmen, Coetus, *Pl.* البَكَرات Annuli ornamentis vaginae affixi, ex quibus ensis suis loris de zona suspenditur. *Pl.* بِكَار Iuvenca camela. جَاءُوا عَلَى بَكْرَةِ أَبِيهِمْ Venerunt omnes simul et nemine restante, continua serie alii post alios, aut eodem modo, *ac si dixerint*: prout venerunt ipsorum maiores. عن بكرة ابيهم Ad unum omnes.

بِكْرَة Intacta virgo.

بُكْرَة Diluculum, matutinum tempus; *ut* جاء بُكْرَةً Venit matutinus, *non* mane: *hoc enim potius* بُكْرَةً *dicitur; quamvis etiam quidam hac significatione, sc. pro* باكرا, *usurpant.*

بَكُور *Pl.* بُكُر *et* بَكِير, *Fem.* بَكِيرَة, *Pl.* بُكُر Praecox palma, Fructus omnisque res cito ad maturitatem pertingens. (*De ficis veris, aestatis hiemisque adhibetur.*) Prima veris pluvia.

بَكَارَةٌ et بِكَارَةٌ Virginitas, virginem esse, *tamquam nomen actionis.*

بَاكِرَةٌ *Pl.* بَوَاكِرُ Virgo intacta.

بَاكُورٌ Pluvia primi veris, Omnis res quae cito ad maturitatem pervenit.

بَكِيرَةٌ *Pl.* بَكَاوِيرُ Palma praecox.

بَكْرِيٌّ *Poss. et Gent. ab* أَبُو بَكْرٍ.

بَاكُورَةٌ Femina, fructus, palma praecox, primus fructus et praecox.

بَكْرَاوِيٌّ *Poss. et Gent. a* بَنُو أَبِي بَكْرٍ.

بُكُورِيَّةٌ Primogenitura.

إِبْكَارٌ *ut nomen* Matutinum tempus.

أُبَيْكِرُ *Deminut. a* بَكْرٌ.

مِبْكَرٌ Prima veris pluvia.

مِبْكَارٌ Praecox palma. *Pl.* مَبَاكِيرُ Nubes vernales, Pluviae vernae, ارض مبكار Terra quae cito plantas producit.

بَكَسَ Subegit (*adversarium*) *c. a. p.*

بُكْسَةٌ Strophium vel panniculus in formam sphaerae convolutus, quo pueri ludunt; lusus ipse كجة *dicitur.* (*Sphaeram illam per ludentium circum iactatam captat qui extra est: si ceperit, in locum eius, qui extra proiecerit, succedit.*)

بَكَشَ Solvit *vincula cameli c. a. r.*

بَكَعَ *F. a. n. a.* بَكْعٌ 1) Ingrato modo excepit, obiecit illi quod invisum, ingratum esset; 2) *i. q.* بكت; 3) Feriit illum iteratis ictibus et in diversas corporis partes inflictis; 4) Dedit donavitque totum simul; 5) Secuit (*rem*) in partes *c. a.*; 7) *i. q.* بقع (*quod apud tribum Tamim in usu est*) Abiit, aliquo concessit; ما ادرى اين بكع Nescio, quo abierit. II Reprehendit.

بَكَلَ *F. o. n. a.* بَكْلٌ 1) Miscuit, commiscuit; *pecul.* ita paravit cibum بكالة appellatum *c. a.*; 2) Stulte atque insulse locutus fuit. II *n. a.* تبكيل Commiscuit; بَكَّلَ به Deditus ei fuit. V Confuse locutus fuit, aut semet confudit (*in sermone*) *c.* فى; Subegit concidendo et feriendo *c. a. p. vel c.* على *p.*; Vicit, spolium cepit ac reportavit; Nutante corpore et superbius incessit. VIII Pro praeda habuit.

بَكْلٌ Confusio, Miscella, Praeda.

بِكْلٌ Praeda.

بَكَالٌ Ramus quidam tribus Himjaritarum.

بِكْلَةٌ Natura, forma, status.

نُعَال Animalculum, quod apparet in utre, quando eius odor corruptus est; Vilis vir; Vulpes *(Meid.)*.

نَعْلَة *i. q.* نَعْل.

نَعُول Densus et multa secum ducens impedimenta *exercitus*; *item* In ubere seu papilla simile quid papillae adnatum habens *camela etc.*

نُعَالَة Vulpis femella; Pabulum gramenve siccum; *aut i. q.* عِنَبُ الثَّعْلَب Solanum. يا نُعَالَة O vulpes! *(convicii formula).*

نُعْلُول Dens superfluus pone alium; Iratus; Ovis, quae e tribus et quatuor locis mulgeri potest *(id esse videtur* tres vel quatuor papillas habens). *Kam.*

نَعَالِي *i. q.* نَعَالِب.

أَنْعَل *Fem.* نَعْلَاء Qui superfluum habet dentem, *vel* sub alios intrantes, quamvis diversis locis erumpant; Cuius dentes accumulati sunt *gingiva.* *Metaphorice* Densa invicemque premens aquantium turba; *item* Dominus corpulentus meritis et bonis abundans.

مُنْعِل Densa aquatorum turba molesta *(aquatio).*

مَنْعَلَة Vulpibus abundans (*terra*): *a* ثعلب, *uti* معقر *ab* عقرب. *Vid. etiam* نعالة.

ثَعْلَب *Masc. Pl.* ثَعَالِبُ, ثَعَالٍ Vulpes. *Ex Alcesaei sententia* vulpes femella *appellatur* ثعلبة, vulpes mascula *vero* ثُعْلُبَان *et ad hanc confirmandam sententiam adducit versum Ghawu ben-Abd-Alossa* اربّ يبول الثعلبان برأسه لقد ذل من بالت عليه الثعالب Num dominus est is, in cuius caput mingit vulpes, profecto vilis habendus est in quem mingunt vulpes; *sed Firuzabadius aliam lectionem praeferendam sc.* الثعلبان *in Duali esse contendit, ut hoc versu nil efficiatur. Ipse Firuzabadius dubitat, num* ثعلب vulpem fem., *an* vulpem mas. *significet.* داء الثعلب Morbus vulpinus, *sc.* alopecia. عنب الثعلب Medicamenti genus. عنب الثعلب Uvae vulpinae *i. e.* solanum. *Item* ثعلب Extremitas hastae, quae inseritur foramini ferreae cuspidis (*conf.* العامل *et* الذراع), *etiam* Locus per quem effluit aqua pluvialis ex area dactylorum, *sc.* ubi illi exsiccantur; locus per quem exit aqua in piscinam *vel* cisternam; Radix seu origo palmae novellae, *sive* a radice matris avulsa fuerit, sive e trunco prognata.

ذو ثعالب *i. q.* مُثْعَلَب.

ثَعْلَبَة Vulpes fem. (*conf.* ثعلب); *i. q.* عُصْعُص Os sacrum *sc.* illud cui insidetur, *et ipsa* nates, *item* Nomen virorum ac tribuum.

ذو ثُعْلُبَان Species quaedam medicamentorum.

ثَعْلَبِيَّة Cursus equinus similis canino.

مُثْعَلِب Vulpibus abundans *terrae tractus.*

ثَعَم *i. q.* Removit, detraxit. V Placuit *c. a. p.* (*Ibn Said effert per* ن.)

ثَعِمَة Adultera, impudica.

ثَعْثَاع *pro* ثعثع Lapidans.

ثَعُو Species dactylorum, *vel* maiores dactyli, *vel* e dactylis immaturis molliores. *In quadam dialecto videtur pro* ثعو *poni.*

ثَغِيَة Fames; Quod tribus omni cibo caret.

ثَغَب *n. a.* ثَغْب Confodit; mactavit. V Manavit cruore *iugulum.*

ثَغْب *Pl.* ثِغَاب, أَثْغَاب Aquae plurima pars remanens in fundo vallis *Kam.*; Stagnum (*poet.*), lacus in umbroso montis loco, cuius aqua a radiis solis calefacta non est. *Djauh.*

ثَغَب *Pl.* ثُغْبَان *et* ثِغْبَان *Id. Djauh. (In Kamuso vero huic voci posterior tantum praecedentis vocis significatio tribuitur, ut inter utramque vocem Firuzabadius distinxisse videatur.)* Liquefactio glaciei.

ثَغْبَة *Pl.* ثُغَب Rana. *(Golius ex Mar.; sed falsum esse scribendi et explicandi modum puto; explicatur enim*

voce وزغة quae sec. Castelli lex. Persic. tam lacertam, quam ranam significat. Est autem ثعبة lacertae species, et ita vocem scribendam et explicandam esse censeo.)

ثَغْثَغَ Titubavit in sermone; confuse locutus est c. فى.

ثَغْثَغٌ Balbus, lingua haesitans, batti instar; confuse loquens.

ثَغْثَاغٌ Titubantia et implicatio sermonis.

ثَغْثَغَةٌ Morsus infantis qui fit antequam eruperint dentes; Sermo confusus, nullo cohaerens nexu; Scrutatio, indagatio. Quod aliquis in ore dentes movet, quum loquens perturbatur.

ثَغَرَ F. a. 1) Fregit; et contr. 2) Opplevit rimam c. a.; 3) Intercepit obsepsitque transitum montis contra hostes c. على p.; 4) Confregit (illi) anteriores dentes c. ه. p.; Pass. Primorum dentium defluvium passus fuit (infans); Contusum fuit os eius. IV Eiecit primores dentes suos (Huius Passivum in usu non esse videtur; sed tantummodo primae formae); et contra Dentivit ea parte (infans); Pass. Os eius contusum fuit. VIII اتّغر, اثّغر et اثتغر Anteriore oris parte dentivit (puer); prodierunt ibidem (dentes).

ثَغْرٌ Separatus, divisus; Pl. ثُغُورٌ Os vel Dentes vel eorum anterior pars, vel quamdiu in suo loco unde enati sunt permanent; Omne interstitium et omnis locus patens in confinibus hostium, vel Confines terrae hostilis; Locus haud munitus, ob quem hostis timetur. امسوا ثغورا Dispersi sunt. nom. unit. c. ة Herba, quae ad ptimas pertinet.

ثَغْرٌ Coll. Herba, quae ad praestantiores pertinet.

ثُغْرَةٌ Pl. ثُغَرٌ Fovea iuguli, seu in superiore extremitate sterni, ad clavicularum commissuram; etiam in camelo et equo Locus supra pectus isti utcunque respondens, quo iugulari solent; item Tractus terrae; Via aequalis ac plana; Locus inter montes angustior, hosti conterminus expositusque; Rima, hiatus.

ثُغْرُورٌ Locus hosti confinis. Pl. ثَغَارِيرُ Acrochordon vel tuberculum papillae simile, qualia super equi praeputium nascuntur (quod rectius ثعرور videtur).

ثَغَارِيرُ Coll. Pers. دُسْتَنْبُويَة ab odore Melonis genus parvum; colocynthidis instar, rubro flavoque eleganter striatum. In Syria et Aegypto frequens: quod grati conspectus odorisque ergo asservari solet et manibus gestari. (Golius ex Zein. adnotavit; sed rectius scribi ثعارير videtur.)

مَثْغَرٌ Pl. مَثَاغِرُ Confinis hosti locus.

مُثْغُورٌ Defluvio dentium laborans infans; Contusus in ore.

ثَغْرَبٌ Dentes flavescentes.

ثَغْمٌ Venaticus, ad venatum eductus (canis).

ثَاغِمٌ Albus seu albicans (color).

ثَغَامٌ Coll. Pl. أَثْغِمَةٌ Herbae montanae albicantis quando arida est genus, simile anetho, sc. foliorum forma absinthii seriphii species, ut putat Golius. Explicatur Persico درمنه Sementina, quae apud Europaeos nomen cynae et Zedoariae accepit (Meninski).

ثَغَامَةٌ videtur nom. unit. praeced. Planta, cui flores fructusque albi sunt; quam ob causam senectuti confertur, et albae capitis comae.

أَثْغَمَ Protulit (vallis) herbam quae ثَغَامٌ dicitur; Herbae eiusdem instar albuit caput; Trans. Implevit vas c. a Ira accendit vel gaudio affecit c. a.

مُثَاغِمَةٌ nempe مُثَاغِمَةُ ٱلْأَمْرَأَةِ i. q. مُلَاثِمَتُهَا Quod os telo aut panniculo religato tegit mulier.

ثَغَا F. o. n. a. ثُغَاءٌ Balavit aut similem edidit vocem: de ove, capra vel dorcade. IV Fecit balare c. a.; item Dedit aut donavit aliquid. اتيته فما اثغى Veni ad eum, et nil dedit.

ثَاغٍ. مَا فِى ٱلدَّارِ ثَاغٍ وَلَا رَاغٍ proverbialiter Non est in domo quisquam; quasi nec balans nec mugiens.

ثُغَاءٌ Balatus, seu vox (ovis, caprae, dorcadis) parturientis; item Fissura in labio bovis, ovis, alteriusve animalis, quod scissam habet ungulam.

ثَغِيَّةٌ Apud Golium vitiose scriptum pro ثعبة quod vide.

ثَاغِيَةٌ Ovis. مَا لَهُ ثَاغِيَةٌ وَلَا رَاغِيَةٌ Prov. Non est illi quicquam, nec ovis nec camelus.

ثَفَأَ F. a. Fregit, moderavit bullitionem ollae c. a. ollae

ثُفَّاءٌ Coll. n. unit. c. ة Semen Sinapi; vel Nasturtium

ثَفْتَجَ Stultus et fatuus fuit.

تَفَاجَةٌ *coniunctum cum* مفاجة *i. q.* أَحْمَقُ مَايِقٌ Valde fatuus.

تَفَّدَ *n. a.* تَثْفِيدٌ Subtus obduxit panno (*loricam*) *c. a.*

تَفَافِيدُ Nubes albicantes, quarum alias supereminent aliae; *item* Panni subducticii; *aut* Vestium pannorumve species quaedam; Res occultae sub alia re positae (*vel hoc potius est* فثافيد).

مُثَافِيدُ Subditîcii panni.

تُفْرٌ Vulva ferae cuiusque *vel* vulvae meatus, per quem veretrum immittitur (*uti* حياء *de camela in usu est*); Lorum in posteriore parte ephippii (*sed usitatius est* ثفر).

ثُفْرٌ Vulva ferae *vel* vulvae meatus, per quem immittitur veretrum.

ثَفَرٌ *Pl.* أَثْفَارٌ Postilena iumenti; lorum in posteriore parte ephippii.

ثَفَّرَ *n. a.* تَثْفِيرٌ Propulit, stimulove adegit, a tergo insistens *c. a.* IV Propulit a tergo insistens; Postilenam, crassum lorum sub cauda, aptavit (*iumento*) (*conf.* ثفر), *vel* ea revinxit (*illud*), ephippii firmandi ergo *c. a.*; *et* أَثْفَرْتُهُ بَيْعَةَ سُوءٍ *i. e.* أَلْزَقْتُهَا بِاسْتِهِ ; Se parituram ostendit *capra* (بَيَّنَتِ الولاد). X Transmissam postica sui parte per crura (*tunicam*) ad ventrem attraxit; *et ita* Obliquatam per femora (*caudam*) ventri applicuit (*canis*) *c. a.*

مِثْفَرٌ Vir improbus, cinaedus.

مِثْفَارٌ Ephippium in posticam partem succutiens (*iumentum*); Vir improbus, cinaedus.

ثُفْرُوقٌ *Pl.* ثَفَارِيقُ Pediculus seu petiolus (*dactyli*); *vel* Res e qua petiolus pendet; مَا لَهُ ثُفْرُوقٌ Non est ei aliquid.

تَثَفْرَقَ Non coagulavit *lac*.

مُثَفْرِقٌ Non coagulans *lac*.

تَافْسِيَا *et* تَافِسِيَا *i. q.* يَنْتُونُ Thapsia.

ثَفَلَ 1) Subsedit (*faex aliudve crassamentum*); 2) Imposuit strato (*corio*) *molam versatilem c. a.*, *ne dum eâ moleretur, in terram caderet farina* (*vid.* ثفل); 3) Sparsit, dispersit, et quidem simul una vice *c. a.* II *n. a.* تثفيل, ثفل عن اللبن بالطعام Cibum (*frumentaceum*) edit cum lacte. III Comedit crassamentum, seu cibum crassiorem solidumve, frumentum aut legumina, lacte destitutus: *quod Arabi campestri grave est*; *etiam i. q.* ثافن Consedit cum alio et versatus fuit *c. a. p.* IV Crassamentum fecit *vel* reliquit (*vinum*). V Avertit a praeclaris factis *prava indoles c.* ب *p.*

ثُفْلٌ Turbidum vel crassamentum quod in omni liquore in fundo est; Frumentum et legumina, cibus solidior; *etiam* Id quod supponitur trusatili molae, ne dispergatur farina; Panis in frusta fractus.

ثِفْلٌ Quod supponitur trusatili molae, ne dispergatur farina; Inferior molae lapis.

ثَفِلٌ Tardus, tardigradus (*camelus etc.*).

ثَفِلٌ Qui comedit ثفلا.

ثَافِلٌ Crassamentum quod in omni liquore in fundo residet; Fimus, stercus, alvi faeces (رجيع).

ثِفَالٌ Tardus, tardigradus (*camelus etc.*).

ثِفَالٌ Lapis inferior molae; Id, quo lapis molaris a terra et pulvere defenditur, Pannus, qui sub mola est, ut in eum farina decidat; Gutturnium.

ثُفْلٌ Lapis inferior molae.

ثِفَالَةٌ Pannus, vel corium, quod sub mola est, ut in id farina decidat.

ثَفِنَ *F. i.* 1) Trusit *c. a.*; *peculiariter* percussit feriitve (*camelus*) genu vel pectoris callosa parte *c. a. p.* (*vid.* ثفنة); 2) Propulit et secutus fuit; *vel* pone venit aditive *c. a. p.* b) ثَفِنَ *n. a.* ثَفَنٌ Callum contraxit eove induruit *manus*. III Consedit (*cum aliquo*) et versatus fuit *c. a. p.*; Haesit, inhaesit *c. a. p. cameli decumbentis instar* (*vid.* ثفنة *seq.*); Opem tulit iuvitque *c. a. p. et* على *r.* IV Callosam reddidit (*manum labor*) *c. a.*

ثَفَنٌ Morbus in membro calloso (ثفنة) quod decumbens terrae imponit camelus.

ثَفِنٌ Latera (*perae*) consuta.

ثَفِنَةٌ *Pl.* ثَفِنَاتٌ Membrum crassius et callosum cameli, quod decumbens terrae imponit. *Sunt tamen in equo, camelo, homine diversae partes: qualia sunt quinque*

tum anteriorum, tum posteriorum pedum genua, et superior pectoris pars. (Sed in scholiis ad Diwanum Hudsailitarum observatur, hanc vocem de quatuor tantum in usu esse, quintum appellari كركرة.) *Placet autem ex Camuso verba addere, quibus variae partes in variis animalibus describuntur:* من البعير الركبة وما مس الارض من كركرته وسعدانته واصول الخاذه ومناك الركبة وماجتمع الساق والفخذ ومن الخيل موصل الفخذين فى الساقين من باطنهما. *De camela dicitur:* ضربت بثفنات رجلها *i. e.* percussit genibus. *Moall. Amr. b. Kelth. v.* 58. *Hinc* ذو الثفنات *dictus* Alius fil. Huseini fil. Alii fil. Abutalibi, *et alii, quod in oratione assidui partes corporis, supra dictis respondentes, frequentissime inclinarent pro religionis suae ritu, et multum se prosternendo tritas et* -*atas haberent.* Numerus; Hominum turba; Repositorii dactylorum vel cophini duo margines inferiores; Pectore genibusve feriens dum mulgetur *camela.*

مثفن Familiaris, adsiduus socius.

مثفان Parte ثفنة appellata latus ventremve atterens *(camelus).*

مثافن Familiaris, adsiduus socius.

ثفنق Stulte et insulse locutus fuit. *(Golius hanc vocem ex Djeuharii opere adnotavit; sed in Kamuso tantum reperitur* (ثفتق.)

ثفا *F. i. o.* 1) Sectatus fuit *c. a.*; 2) *contr.* Repulit abegitque *c. a.*; 3) *(ab* إثفية) Chytropode fulsit *ollam c. a.* II Tripodem aptavit *ollae c. a. Hamas. p.* 462. IV *(ab* اثفية) Tripodem aptavit *ollae*, eoque instruxit *illam c. a.*; *per Metaphoram* Tres duxit uxores. V Prohibuit retinuitve *(eum)* ab egregiis factis *deterior origo c. a. p.* (*conf.* تثفل).

ثفوة *Pl. san.* Paropsidion, acetabulum.

أثفية Agmen, multitudo *hominum.*

إثفية *Pl.* أثافي *et* أثاف Chytropus, tripedaneum ollae lebetisve sustentaculum, *et* Lapides, quibus olla imponitur. ثالثة الاثافي Mons seu pars montis vel petrae, qua pro tertio lapide utuntur, *quod chytropodibus destituti Arabes Scenitae eiusmodi loco fulcire soleant lebetem, et metaph.* Malum, incommodum, infortunium, *ut in his* رماه الله بثالثة الاثافي Calamitate Deus eum afflixit. (*Vid. etiam in* اثف.)

مثف *Fem.* مثفية Cui tres coniuges obierunt *per metaphoram a prox. praec., vid. et prox. seq.*

مثفى Cui tres pluresve obierunt coniuges *vir.*

مثفاة Signum tripodis formam habens, quod cervicibus iumentorum inuri solet; Mulier cui tres iam mortui sunt mariti, et ea, cui saepissime perierunt mariti.

مؤثفاة *(a voce* اثفية *derivat.)* Tripode instructa *olla.*

ثق Confide *a* وثق *Imperativus.*

ثقة Fiducia *a* وثق.

ثقب *F. o.* 1) *n. a.* ثقب Perforavit *c. a.*; *et inde* Penetravit *sagacitas, prudentia*; 2) *n. a.* ثقوب Accensus fuit arsitque *(ignis)*, *et* luxit fulsitque *(stella vel ignis)*; 3) Exspiravit acriter seque diffudit *(odor)*; 4) Lacte abundavit *(camela)*. b) ثقب *n. a.* ثقابة Valde rubuit. II Diligenter frequenterve perforavit *c. a.*; *n. a.* تثقيب Accendit *(ignem) c. a.*; *item* Affecit *(eum)*, apparuit micuitque *in eo canities c. a. p. vel c.* في *p.*; *Dicitur* ثقب عود العرفج Quando caulis cardui عرفج appellati pluvia affectus mollis est. Quando nigrescit *dicitur* قمل, *tum* si paululum augetur, *dicitur* ادبى *(in hoc statu cibo idoneus est)*, quando vero eius folia perfecta sunt, *dicitur* أخوص. IV Accendit *ignem c. a.*; Lucidum fulgidumque effecit. V Perforatus fuit, *et hinc* Corruptum et a vermiculis exesum fuit *(corium)*; *item* Accensus fuit *(ignis)*; *et Trans.* Perforavit *c. a. p.*; Accendit *c. a.* VII Perforatus fuit.

ثقب *Pl.* ثقوب, أثقب, أثقاب Fissura penetrans, Foramen, Canalis.

ثاقب Ardens; *et* sublimis fulgensque stella; *vel est* Nomen Saturni planetae; Lactis abundans *(camela).* معرفة ثاقبة Scientia penetrans. ثاقب البصيرة Visu penetrans.

ثقاب Fomes quo accenditur ignis, *scil.* fragmenta lignorum sive lignula stipulaeve; Lignum vel stercus aridum, quod igni imponunt ad eum conservandum, quando abeunt

ثقبة *Pl.* ثقب *et* ثقب Foramen, Canalis.

ثقوب Fomes quo accenditur ignis, *scil.* fragmenta lignorum seu lignula stipulaeve.

ثقيب Lactis abundans; Rubicundus, valde rubens.

أثقب Magis penetrans. أثقب ذهنا Acutior ingenio.

أنقوب Qui alte se immittit negotiis atque ea penetrat.

منقب Via magna et spatiosa.

منقب Instrumentum quo quid perforatur, terebra, terebella; *item* Perspicax et sagax, vel consilii auctoritate pollens penetransque.

منقب *Fem.* ة Perforata *margarita*.

منقوب *Id.*

تنقشق Stultis verbis locutus est.

تنقم Vacillatio, trepidatio: ultro citroque moveri; terror, timor.

ثقف *F. o. n. a.* ثقف 1) Rectam reddidit distortam (*hastam*) *c. a.* (*Golius ex Mar. adnotavit; sed potius haec significatio secundae formae tribuenda est*); 2) Certavit et vicit ingenio, solertia *c. a. p.* b) ثقف *F. a. n. a.* ثقف Invenit, offendit *c. a.*, *vel* prehendit; Celeriter cepit, *vel* assecutus fuit; *vel* potitus fuit *c. a. p.*; *n. a.* ثقف, ثقف Intellexit, intelligens fuit. c) ثقف *n. a.* ثقافة Ingenii acumine polluit; intelligens fuit; solers, industrius et alacer fuit. II *n. a.* تثقيف Aequalem et rectam reddidit (*hastam*) *c. a.* Intelligentem reddidit, *vel* litteris elegantioribus instruxit *c. a. p.* III *n. a.* ثقاف *et* مثاقفة Certavit cum aliquo de ingenii acumine eumque vicit. IV أثقفته A Deo mihi decretus fuit hic, inveni eum, eum assecutus sum, vici eum. VI Certarunt invicem.

ثقف Ingenio acutus; industrius: sagax, perspicax, solers: alacer. ثقف لقف In pugna providus *vel sec. alios* Celeriter perfodiens.

ثقف *et* ثقف *Id.*

ثقاف Ingenii acumine pollens (*mulier*).

ثقاف Disceptatio, litigatio, digladiatio; Instrumentum ligneum quo rectae redduntur hastae (*vid. in* قحف); Ex sortilegii genere, quod الرمل vocatur, haec figura ⁘.

ثقيف Acuta mente (*vir*), intelligens; *item* Nomen primi patris familiae cuiusdam ex tribu هوازن; *unde fit gentile nomen* ثقفى; *item* Acre (*acetum*).

ثقيف Ingenii acumine praeditus; Acidum valde et acre (*acetum*); *uti* حريف *de* acri *dicitur* cepe.

تثقيف Directio.

مثقف Hasta *poet.*

مثقفة *Id.*

ثقل *F. o. n. a.* ثقل Gravitatem et pondus exploravit: ut tollens sustinensve *rem manu sua c. a. r. et* ب; pondere aequavit *una res aliam c. a.*; gravem fecit pondere. b) ثقل Vehementi morbo afflictus fuit. c) ثقل *n. a.* ثقل *et* ثقالة 1) Ponderosus fuit; onere ac molestia gravis fuit *res c.* على *p.*, *inde* Importunus fuit *c.* على *p.*; Foetu gravis et gravida fuit (*femina*); Corpore animoque gravis fuit, *i. e.* segnis, tardus. ثقل فى نومه Graviter dormivit. Torpuit; *sic etiam* Gravis et surdaster fuit (*auditus eius*); 2) Humoris succique plenus fuit (*cardui caulis* عرفج *et* ثمام). II *n. a.* تثقيل Gravem et ponderosum reddidit *aut* esse dixit *c. a.*; Onere graviore pressit *c. a.* III Graviore et solidiore cibo, qualis ex frumento et leguminibus est, continuo usus fuit (*Mar. ex Mesadir. apud Golium*). IV Onere pressit (*sarcina*) *c. a. p.*; Grave onus *aliquem* portare iussit *c. a. p.*; Gravavit eum *somnus*, *morbus*, *culpa c. a.*; Afflixit, oppressit *c. a. p. et* ب *r.*; *item intrans.* Gravida fuit, uterumque gessit (*femina*). VI Gravis, tardusque fuit; et gravatus fuit facere *quid*, atque abstinuit *ab eo c.* عن *r.* تثاقل الى الارض Gravatus propendit in terram. Non surrexit populus ad auxilium ferendum. X Gravem invenit, fecit *rem*, Gravis fuit.

ثقل Impedimenta, sarcinae.

ثقل *Pl.* أثقال Onus, res gravis *etc.*; Pondus, Impedimenta, sarcinae. *Inde* أعطه ثقله *i. e.* وزنه; اثقال الارض Thesauri terrae, *etiam* homines in ea sepulti; *item Pl.* Peccata.

ثقل Supellex, sarcinae et impedimenta itineris; Asseclae famulique; Res omnis maioris pretii, quae custoditur. *Inde in traditione* انى تارك فيكم الثقلين Ego relinquo apud

vos Coranum et familiam meam. *Dual. cum articulo* Homines daemonesque.

ثِقَلٌ Gravitas *(opp. est* خفة*).*

ثَقَلٌ *Pl.* ثَوَاقِلُ Ponderosus, iusti ponderis *(nummus)*; Cibo gravatus in stomacho, Morbo gravatus ac prae eo torpens. أصبح ثاقلا Morbus eum gravavit.

ثَقَالٌ Gravis: *etiam* moribus, modesta et gravitatem prae se ferens *(mulier)*; quieta loco; natibus gravis; lenta et tardigrada *(camela).*

ثُقَالٌ Gravis; *etiam* moribus *(mulier)*; quieta loco; natibus gravis; lenta et tardigrada *(camela)*; ثُقَالُ النَّاسِ Ii, quorum societas aegre fertur.

ثَقْلَةٌ Gravitas, gravatio stomachi ex cibo; Languor, torpor: lassitudo. Somnolentia, quae aliquem occupat.

ثَقَلَةٌ Gravitas, gravatio stomachi ex cibo.

ثَقَلَةٌ Impedimenta et sarcinae omnes.

ثَقْلَةٌ *et* ثِقْلَةٌ *Id.*

ثَقِيلٌ *F.* ة *Pl.* ثُقُلٌ, ثِقَالٌ *et* ثُقَلَاءُ Gravis, molestus: *in gramm.* Vocabulum Teschdido enunciatum; *etiam* Gravis moribus; morosus, invisus; quietus; Segnis, tardus; Gravatus morbo, somno, aut crimine. ثُقَلَاءُ النَّاسِ Ii, quorum societas aegre fertur.

أَثْقَلُ Molestia gravis *c.* على *p.*; Difficilis congestu *(cibus).*

تَثْقِيلٌ Quod vox Teschdido effertur *(contr.* تخفيف*)* *(vox gramm.).*

مُثْقِلٌ Gravida *vel* magnum onus in ventre habens *(femina).*

مِثْقَالٌ *Pl.* مَثَاقِيلُ Pondus quo ponderatur res, sacoma; *spec.* Pondus $1\frac{3}{7}$ Dirhemi, *et i. q.* دينار Nummus aureus, *vulgo* ducatus; *et* مَثَاقِيلُ Commeatus, eiusve onera. مِثْقَالُ الشَّيْءِ *i. e.* مِيزَانُهُ مِنْ مِثْلِهِ. Odores non adhibens *femina.*

مُثَقَّلٌ *F.* ة Segnis, Signum Teschdid habens *vox.*

مُثْقَلَةٌ Onus grave.

مُثَقَّلَةٌ Marmor, quo stragulum oneratur (رخامة يثقل بها البساط).

مُسْتَثْقِلٌ Gravatus *morbo*, *somno*, *aut crimine.*

ثَكَّ Peregrinatus fuit *in terra c.* في.

ثَكْثَكَ 1) Stultus fuit *(conf.* ثقثق*)*; 2) Durum se gessit, malae indolis fuit.

ثَكْثَكَةٌ Mulier insipiens ac fatua.

ثكل *F. a. n. a.* ثَكَلٌ Orbatus vel orbus fuit *nato vel amico c. a. p.* IV Orbavit, orbatam reddidit *(matrem) c. a. vel c. d. a.; et intrans.* In orbitate eive obnoxia mansit *(mater).*

ثُكْلٌ Orbitas post amissum natum vel amicum; *item in genere* Mors, interitus.

ثَكَلٌ *Id.*

ثَكِلٌ Orbus.

ثَاكِلٌ *gen. comm.* Orbus prole vel amico.

ثَكُولٌ Nato orba seu orbata *(mater)*; In quo viatores pereunt *desertum.*

ثَكْلَانُ *Fem.* ثَكْلَى *rarius* ثَكْلَانَةٌ Orbus prole vel amico.

إِثْكَالٌ, أُثْكَالٌ, أُثْكُولٌ *pro* عِثْكَالٌ, عُثْكَالٌ Ramus palmae, in quo est dactylus immaturus (بسر).

مُثْكِلٌ Quae manet in orbitate.

مِثْكَالٌ *Pl.* مَثَاكِيلُ Femina, cui multi mortui sunt liberi.

مَثْكَلَةٌ Orbitatem inferens *(hasta) c.* ل *p.*

مُثْكِلَةٌ In orbitate manens *(mater)*; In quo deploratur narraturve orbitas *(poëma).*

ثَكَمَ 1) Legit secutusque fuit *(vestigia) c. a.*; institit inhaesitque *(negotio) c. a.*; 2) Substitit, commoratus fuit, permansitque *(in loco) c.* ب. b) ثَكِمَ *n. a.* ثَكَمٌ *Id.*

ثَكَمٌ 1) Via; medium viae; ductus *(viae)*; 2) Medium hominum ac turbae *(Gol. ex Mar.).*

ثُكْمٌ Ductus viae. *(Vid.* ثكن *seq.)*

ثُكْنٌ Planities et aequalitas *viae*; recta et regia. *(Vid.* سلم*)*

ثُكْنَةٌ *Pl.* ثُكَنٌ Ornamentum colli, ex margaritis, murenulis, similibusque rebus; quod ex colorata lana appendi

مَثْلَةٌ *quasi* مَظَلَّةٌ Umbraculum, locus ut res umbrosa, umbra sua tegens in deserto; Locus ubi aquantur cameli postquam per biduum non biberint.

ثَلَبَ *F. i. n. a.* ثَلْبٌ 1) Reprehendit, Invicíatus fuit crasso modo; 2) Vitio et detrimento affecit; 3) Repulit, abegit; 4) Invertit; 5) *i. q.* ثلم Rupit in ora vel medio *c. a.* b) ثَلَبٌ *n. a.* ثَلْبٌ Ruptus ita et fissus fuit. II *n. a.* تَثْلِيبٌ Evasit (*camelus*) ثِلْبٌ *de quo post.*

ثِلْبٌ *F. ة Pl.* ثِلَبَةٌ , أَثْلَابٌ Camelus cuius prae senio excisi fractive sunt dentes, et cui defluunt e cauda pili; Fracta *hasta*; Camelus effoetus, geniturae ineptus; Senex, vir; Opprobrio affectus *vir*.

ثِلْبٌ *i. q.* تَقَبُّضٌ Contractio, constrictio, *ut alvi*; Sordes.

ثَلِبٌ Opprobrio affectus; Contaminatus, Sordidus; *i. q.* مُثَلَّمٌ Extremitate rupta (*hasta*). (*Vid. in* ثلم.)

ثَلِيبٌ Pabulum seu gramen nigrescens et vetus, aut bimum; certa plantae species.

ثَالِبَةٌ *nempe* ثَالِبَةُ ٱلشَّوَى Pedes fissa *mulier*. (*Vid.* ثَلِبٌ.)

أَثْلَبُ *Pl.* أَثَالِبُ Terra et lapides; *etiam* utriusque exigua fragmenta. *Dicitur* بفيه الاثلب.

إِثْلِبٌ *Id.*

مَثْلَبَةٌ *Pl.* مَثَالِبُ Vituperium.

مَثْلُبَةٌ *Id.*

مُثَالِبٌ Pabulo vetere, quod ثَلِيبٌ dicitur, vescens *iumentum*.

مَثَالِيبُ Camelae, quibus prae senio exciderunt dentes.

ثَلَثَ 1) *F. o.* Tertiavit, *sc.* tertiam bonorum partem cepit *c. a. p.*; in tres partes divisit *rem*; 2) *F. i.* Tertius fuit seu accessit, *et praecedente numero XXIX* Tricesimus accessit *c. a. p.* II Triplicem et triangularem fecit; tres esse dixit; tertiavit, trientem fecit; electuarium composuit quod مثلث vocatur; tertia sui parte maturuit *dactylus immaturus*; *n. a.* تَثْلِيثٌ (*in certamine cursus*) Tertius venit (*equus*); Tertiam chordam testudinis adhibuit; Tres papillas uberis *camelo* ligavit *c.* ب. IV Fuerunt vel evaserunt numero tres.

tur cameli collo; Puteus in quo ignis struitur, calefaciendi vel coquendi ergo; Fovea amplitudine respondens imponendae rei; Intentio fidei, sive verae sive erroneae; Locus quo conveniunt milites ad signa, etiam ubi signum nullum exstat; Vexillum; Sepulcrum; Agmen columbarum.

أُثْكُونٌ *i. q.* أُثْكُولٌ Ramus palmae; scapus botri dactylorum.

ثَلَّ 1) *n. a.* ثَلٌّ Periit, interiit; dirutus fuit, concidit. ثل عرشه Destructum fuit eius solium *i. e.* prava fuit eius conditio; 2) *Trans. F. o. n. a.* ثَلٌّ *et* ثَلَالٌ Infudit *terram in puteum c. a. r. et c.* فِى *l.*; 3) Evacuavit terra *puteum c. a. put.*; effudit *nummos c. a.*; 4) Movit *congestam terram vel cumulum arenae manu c. a.*; *aut* uno latere diffregit (*cumulum*) *c. a.*; 5) *n. a.* ثَلٌّ *et* ثَلَلٌ Perdidit, exitio dedit *c. a. p.*; diruit (*suffosso pulsoque muro*) *domum c. a.* ثل الله عَرْشَهُ Occidit eum Deus, *et* eius reguo finem imposuit, *vel* eius gloriam eripuit; 6) *F. i.* Merdam eiecit (*iumentum et quicquid ungulam solidam habet*). IV Instaurare ac reparare iussit quod periit, conciditque aut dirutum fuit *c. a.*; *Os alicuius percussione* ita fregit, ut dens unus vel plures exciderent *c. a. oris et* ب; Reparavit; *et* Abundavit re ثَلَّة appellata. V Destructa et subversa fuit (*domus*). VII *i. q.* انثال Iniecta aut superfusa fuit (*terra*).

ثَلَلٌ Interitus; Dentium defluvium.

ثُلَّةٌ *Pl.* ثُلَلٌ Terra egesta e puteo; *Pl.* ثِلَلٌ *et* ثِلَالٌ Agmen, aut multitudo pecudum, *proprie* ovium, et una caprarum, si permixtae ambae (*de solis capris dicitur* حيلة); *item* Lana, vel sola, vel simul cum pilis caprinis et camelinis (*de solis pilis caprinis et camelinis non bene dicitur*); Coetus et turba hominum; Nummorum multitudo et copia; Terra ex puteo extracta.

ثَلَّةٌ *Pl.* ثَلَلٌ Exitium.

ثِلَّةٌ Coetus et turba hominum; Nummorum multitudo et copia.

ثَلِيلٌ Sonus aquae currentis vel effusae.

ثُلَّى Dignitas interiens.

أَثَلُّ Cui multa est ثَلَّةٌ.

مَثَلٌّ *Id.*

مُثَلِّلٌ Colligens congregansve opes.

ثَلَثٌ Ligatio quae tertio fit die, *de palma tantum dicitur, nec vero de aquatione camelorum quae fit tertio die*; Tertius foetus *camelae*.

ثُلُثٌ Pars tertia.

ثَلَثٌ *F.* Tres.

ذُو ثَلَثٍ *i. q.* وَضِينٌ Cingulum quo in camela firmatur الهودج i. e. sella muliebris seu pilentum.

ثُلُثٌ Una pars vel portio ex tribus.

ثَالِثٌ *F.* ة Tertius; ثَالِثُ ثَلَثَةٍ *et* ثَالِثُ ثَلَثٍ *et* ثَالِثٌ مِنْ ثَلَثَةٍ Unus de tribus, *de trinitate.* ثَالِثَةُ الأَثَافِي Prominentior pars montis, in quo duobus lapidibus appositis olla ponitur.

ثَلَاثٌ *Fem.* Tres. ذُو ثَلَاثٍ Triplex et firmus (*funis*).

ثُلَاثُ Ternus.

ثَلَاثَاءُ, ثُلَاثَاءُ *et cum Dhamma Pl.* ثُلَاثَاوَاتٌ Dies septimanae tertius, feria tertia.

ثَلَثًا Ter.

ثَلَثَةٌ *Masc.* Tres.

ثَلُوثٌ Tria vasa lacte seu mulctura implens (*camela*); *item* Quae tribus uberibus arescentibus ex quarto mulgetur; *et* Quae ex tribus mulgetur uno ubere sicco.

ثَلِيثٌ Pars tertia; triens (*quae forma ab Abu-Saido non agnoscitur*).

ثَلَثَانُ Solanum herba.

ثَلْثَانُ *Id.*

ثَلَاثَةٌ *Masc.* Tres.

ثَوَالِثُ Tertii, tertiae generationis homines; Tertia scrupula (*apud Astron.*).

ثَالُوثٌ Trinitas *c.* ال personarum in Deo.

ثَلَثُونَ Triginta.

ثُلَيْثٌ *Demin. a* ثَلَاثٌ Ternulus.

ثُلُثِيٌّ Genus scripturae, quo librorum tituli exarari solent.

ثَالِثُونَ Tricesimus.

ثُلَاثِيٌّ Trilittera *vox vel radix* (*apud Grammaticos*).

تَثْلِيثٌ Trinitas, uti S S. personarum in Deo. القايلون بالتثليث Trinitarii.

مَثْلَثُ Ternus.

مِثْلَثٌ *Pl.* مَثَالِثُ Tertia chorda testudinis; *vel sec. al.* tribus partibus constans.

مِثْلَثٌ Delator amici et calumniator apud principem (*quod tres perdit*; *semet ipsum*, *amicum et dominum*).

مُثَلَّثٌ *F.* ة Tres vel tertia pars factus; Tribus punctis instructa *littera* ث; Triangularis; triangulum (شى ذو أركان ثلثة); Defrutum seu sapa, *sc.* vinum musto ad tertias decocto factum, ita ut una modo pars tertia supersit; *item* Electuarii genus ex aromatibus confectum.

المثلثان Magnae pyramides.

مُثَلِّثٌ Delator amici et calumniator apud principem (*quod tres perdit*, *semet ipsum*, *amicum et dominum*).

مُثَلَّثَةٌ Tribus punctis instructa *littera* ث.

مُثَلِّثَةٌ Camela, quae e tribus mulgetur papillis una sicca ta; Febris, quae die tertio redit.

المَثْلُوثُ Id cuius tertia pars sumta est; Tribus partibus constans *funis*; *F.* ة Tribus pellibus confectus *uter*, *pera*.

يَثْلَثُ Nomen loci.

يَثْلِثُ Nomen loci.

ثَلْثَلَ *i. q.* ثَلَّ Ab uno latere diffregit cumulum arenae *c. a.*

ثُلْثُلٌ Destructio seu ruina; res diruta, rudera.

ثُلْثُالٌ Species plantae, quae ad genus حمض pertinet.

ثُلْثُلَانٌ *i. q.* عِنَبُ ٱلثَّعْلَبِ Solanum; Pabulum seu gramen siccum, foenum.

ثَلَجَ *F. o. n. a.* ثَلْجٌ 1) Ninxit (*coelum*) *c. a. p.*; 2) Maceravit in aqua *c. a.*, 3) *n. a.* ثُلُوجٌ, ثَلْجٌ *et* b) ثَلِجَ *n. a.* ثَلَجٌ (*quod fortasse alius dialecti proprium est*) Quietus et tranquillus fuit (*animus*); 4) ثَلِجَ Tranquillo, laeto animo fuit. IV Ninxit (*coelum*) *c. a. p.*; nivosus fuit (*dies*); Contigit nivem inciditque in eam; nivoso die fuit, tali usus eo fuit; Tranquilla fuit (*anima*);

Laetitia affecit c. a. p.; Desiit (اقلع) aqua putei. حفر حَتّى أَثْلَجَ Fodit, donec pervenit ad lutum.

ثَلْجٌ Pl. ثُلُوجٌ Nix.

ثَلِجٌ Frigens, frigidus.

ثَلّاجٌ Qui nivem vendit.

ثَلّاجِيّ Nivea candidaque *gladii lamina*.

اِثْلاجٌ i. q. إِفْلاجٌ Victoria, bona fortuna.

مَثْلَجَةٌ Cella nivaria, locus ubi nix, *in unum condensata ac stramine tecta*, servatur in aestatis usum.

مَثْلُوجٌ F. 8 Nive contactus, percussus conspersusve. مثلوج الفؤاد Confusus animo, hebes ac vecors; Cui frigidus circum praecordia sanguis.

ثَلَخَ F. a. 1) Verno tempore fimum excrevit (*bos*). b) ثَلِخَ Inquinatus fuit. II n. a. تَثْلِيخٌ Inquinavit c. a. p.

ثَلَدَ F. i. Tenuem liquidamque merdam excrevit (*elephas*).

ثَلَطَ F. i. 1) Tenuia et liquida ex alvo reddidit (*taurus, camelus, infans*); 2) Eiusmodi excremento petivit et inquinavit (*alium*) c. a. p.

ثَلْطٌ Liquida et tenuis merda (*elephantis etc.*).

مَثْلَطٌ Locus quo excernitur liquida et tenuis merda.

ثَلَعَ F. a. n. a. ثَلْعٌ Fregit contusione (*caput*) c. a.

مُثَلَّعٌ (*sed potius* مُتَلَّغٌ) Fractus (*de immaturioribus dactylis, cum mollescentes de palma lapsi fuerint aut a pluvia decussi*).

ثَلَغَ F. a. n. a. ثَلْغٌ Fregit *caput* c. a. VII Fractum fuit *caput*; Dactylos humidos et recentes habuit *palma*.

أَثْلَغِيّ Membrum virile.

مُثَلَّغٌ vid. مثلّغ.

ثَلَمَ F. i. n. a. ثَلْمٌ Fregit in margine *gladium, vel vas fictile*, vel foramine *vas aut murum* in medio c. a. b) ثَلِمَ n. a. ثَلَمٌ Fractus hoc modo fuit (*ensis, paries, vas*). II Fregit vel multum, seu multis cum orae incisuris mediaeve partis foraminibus, confregit *ista* c. a. V Fracta fuit *res* in ora. VII *Id.*

ثَلْمٌ Crena in margine *gladii, vel vasis. In prosodia significat*, a pede فعولن ‿ — — desumtam esse litteram ف ut remaneat عولن quod mutatur in فَعْلُن — —.

ثَلَمٌ Pars exesa aut diffracta *de ora fluvii alveive*.

ثُلْمَةٌ Rupti incisura in margine, vel foramen in medio, *gladii, vasis, muri.* Lana.

أَثْلَمُ Modo supra dicto ruptus. *In prosodia* pes فعولن ‿ — — mutatus in فَعْلُن — — *ita appellatur* (*conf.* ثرم).

ثَلْمَطَ Laxus, flaccus, mollis fuit

ثُلْمُطٌ Lutum tenue.

ثَلْمَطَةٌ Laxitas, flaccitas.

ثُلْمُوطٌ Lutum tenue.

ثَمَّ F. o. n. a. ثَمٌّ (*haec vox praecipue in herbis siccioribus adhibetur*) 1) Calcavit, culcavit c. a.; 2) Firmavit, stabilivit; recte concinnavit, instauravit, reparavit: *quasi rimas opplevit herba* ثمام c. a. *Hinc* ثممت اموري Prospexi rebus meis *seu* reparavi res; 3) Collegit, comportavit, *potissimum herbam* ثمام *vel gramen* c. a. 4) Verrit *domum aliumve locum* (*Gol. ex Mar.*). Bona ac mala converrit collegitque. *Djeuh.* 5) Defricuit abstersitve *manum gramine vel herba: etiam dicunt* بالارض terra: *sc. gramine in eius superficie crescente* c. a. p. *et* ب r.; 6) Evulsit ore *herbam pabulumve ovis* c. a. (*a* ثمام); 7) Comedit voravitque (*cibum*) promiscue, bonum et pravum c. a. II Calcavit, culcavit c. a.; Obligatum fregit (*os*) c. a. VII Affusus, desuper effusus fuit c. على; Liquefactum fuit et contabuit (*corpus*); Senex fuit (*vid.* ثمة).

ثَمَّ Istic *loci remotioris*.

ثُمّ *nempe* أَهْلُ ثُمِّهِ وَرُمِّهِ Idoneus qui recte faciat reparetque illud; *et* هو ثمه ورمه Illud est quod converrit collegitque, boni et mali; *item* Parum multumque.

ثُمَّ Tum, deinde, porro.

ثُمٌّ Utensilia, supellex et strata domus, *praesertim* utres et pocula. مَا لَهُ ثُمٌّ وَلَا رُمٌّ Non est illi quidquam.

ثُمَامٌ *Coll. nom. unit.* c. 8 Nomen herbae tritico (خوص) similis, sed per omnia tenuioris et non geniculatae, qua obstruuntur domorum rimae. *Forsk. Flor. Aeg. Arab.*

p. 20. تَنَاوَلَهُ على طَرَف الثُّمَام de re *adhibetur*, quae difficilis non est.

ثُمَّة Senex. *Vid. Coni. VII.*

ثُمَّة Manipulus herbae graminisve aridi.

ثَمُوم Herbas oro evellens (*ovis*).

الثُّمَيْمَة *i. e.* التامورة المشدودة الراس.

ثُمُوم *i. q.* ثُمَام.

الثُّمَامِيَّة Nomen sectae, quae a Tsemama ben-Aschras originem ducit. Contendunt, Iudaeos, Christianos et quos uno nomine Zindik Muhammedani appellant in terram mutari, neque Gehennam neque Paradisum intrare.

مَثَمّ Locus quo resectus fuit umbilicus *equi.*

مِثَمّ, مِثَمّ, مِثَمّ Qui congregat colligitque bona et prava; qui talia edit *vir.*

مُثِمّ *ita in Kamuso explicatur:* من يرعى على من لا راعى له ويفقر من لا ظهر له.

مَثَمَّة Locus quo resectus fuit umbilicus *equi.*

مِثَمَّة, مِثَمَّة, مِثَمَّة Qui congregat colligitque bona et prava; qui talia edit *vir.*

مَثْمُوم Herba ثُمَام oppletus (*hiatus*).

ثَمَأ *F. a.* 1) Pinguiorem, butyro aut alia pinguedine conditum, praebuit cibum, eove nutrivit *c. a. p.*; pinguedini iniecit impositque *terrae tubera c. a.*; 2) Perfregit *caput c. a.*; fregit in partes intrivitque (*panem*) *c. a.*; 3) Tinxit (*cypro*) *c. a. p. et* ب *r.*; 4) Egessit quod in ventre esset. VII Perfractum fuit (*caput*).

ثَمَّت *Maxime apud poetas i. q.* ثُمّ. *Conf. Hamas. p.* 226. 478.

ثَمُوت *i. q.* عِذْيَوْط Qui tempore coitus يُحدث *i. e.* cacat.

ثَمْثَم *n. a.* ثَمْثَمَة 1) Operuit caput vasis sui; 2) Firmus fuit minime flexus aut tremens *in ictu gladius*; 3) Non bene cessit opus; 4) Se continuit. *Dicitur* ثَمْثِمُوا بنا ساعة, *ut videtur*, Moram nobis paulum concedite; 5) Alligavit utrem ad columnam, ut lac indatur butyri eliciendi ergo. II Abstinuit se *ab aliqua re c.* عن. ما تَثَمْثَم Non cunctatus fuit.

ثُمْثُم Canis venaticus.

ثُمْثَام Is qui capiens rem frangit.

ثَمْج Permistio, confusio.

مُثَمِّج *Fem. c.* 8 Qui variegatas facit vestes.

ثَمَد *F. i. o.* 1) Accepit, habuit pro ثَمَد *c. a.*; Tamdiu cepit donec nil aderat; 2) Multum rogavit et percunctatus fuit *c. a.*; 3) Coegit *aliquem* ut omnes suas opes erogaret *c. a. p. Hamas. p.* 611; 4) Congressum rogitavit (*femina virum*), usque dum deficeret huic genitalis humor *c. a. p.*; 5) Pinguis evasit fuitque. IV Accepit, habuit pro ثَمَد *c. a.* VIII اِثْتَمَد *et* اِثَّمَد Adivit potus seu aquationis ergo paucam aquam, quae ثَمَد dicitur. X Accepit, habuit pro ثمد *c. a.*; Petiit *ab aliquo* beneficium *c. a. p.* XI Pinguis evasit fuitve.

ثَمْد *et* ثَمَد Aqua pauca origine carens, unde plus emanare possit; *vel* quae in utre superstes; *vel* quae hyeme apparet, aestate evanescit.

ثَامِد Leniter comedens, *more infantis vel agni: de brutis.*

ثِمَاد *i. q.* ثَمْد (*sed Meidanio* ثماد *Pluralis est*).

ثَمُود *et* ثَمُود Antiquus Arabiae populus, *ad quem propheta* صالح *missus dicitur in Corano*, Thamiditae *Ptol.*

إِثْمِد *et* أُثْمُد Lapis ex quo collyria parantur; stibium. *Describitur in cel. Hamakeri libro de expugn. Memphidis auct. Wakid. p.* 35.

مَثْمُود Aqua ob hominum confluxum absumta, praeter minimam sui partem; Vir qui rogatus dando sua perdidit; *item* Genitali aqua exhaustus a feminis.

ثَمَر 1) Fructus habuit tulitque (*arbor*); 2) Collegit *pecori* arbores *c.* ل; 3) Opulentus fuit vel evasit *c. a.* II *n. a.* تَثْمِير Auxit (*opes*) *c. a. r.*; Effecit, ut fructus faceret; Cremorem grumatim sibi adhaerescentem fructus instar, habuit *lactarius uter* (*vid.* ثميرة *seq.*); Delapsis floribus rudimenta fructuum formavit protulitve (*arbor*). IV Fructus habuit tulitque (*arbor*); Opulentus fuit vel evasit; Cremorem grumatim sibi adhaerescentem,

fructus instar, habuit *lactarius uter*; Plenus fructuum fuit: *etiam simpliciter* fructifer fuit; *et trans.* Multiplicavit, auxit. X Operam dedit, ut aliquid fructum ferret *c. a. r.*; Invenit fructus.

ثُمُرٌ *i. q.* ثُمُرٌ.

ثَمَرٌ *Coll. Pl.* ثِمَارٌ *hinc Pl. Pl.* ثُمُرٌ *et hinc aliud* أَثْمَارٌ Fructus; Opum genera; *item* Nodi in extremitate *scuticae*; Aurum, argentum.

ثَمْرٌ Multus.

ثُمُرٌ Multae, copiosae *opes*.

ثَامِرٌ Fructum ferens, Cuius fructus prodeunt arbor. (*Differre videtur a* مثمر *quod vid.*). Phaseolus; *etiam* Flos plantarum salsuginosarum, quae حماض vocantur.

ثِمَارٌ *i. q.* ثَمَرٌ Varia opum genera.

ثَمْرَةٌ Arbor; Progenies, proles, foetus; Cutis capitis; Extremitas (*linguae*); Nodus in extrema parte scuticae.

ثَمَرَةٌ *et* ثُمُرَةٌ *Pl.* ثَمَرَاتٌ *nom. unit. a* ثَمَرٌ Fructus unus; Nodus in extrema parte scuticae; Progenies, proles, foetus.

ما بِنَفْسِي لَكَ ثَمَرَةٌ Nihil in me tibi dulce.

ثَمِيرٌ Cremor in lacte adhuc innatans, aut utri adhaerens, antequam colligitur; Lac ipsum in quo cremor apparet, vel cuius cremor prodit; ابن ثمير Nox lunâ illustris (*pro* ابن سمير).

ثَمْرَاءُ Fructum habens seu ferens *arbor*; Fructifera *terra*.

ثَمِيرَةٌ Fructibus abundans (*terra*); Cremor in lacte adhuc innatans, *aut* utri adhaerens, antequam colligitur; Lac ipsum in quo cremor apparet, vel cuius cremor prodit.

مُثْمِرٌ Fructus maturus, decerpi idoneus; *item* Multiplicatae *opes*.

مُثْمَرٌ *Id.*

مَثْمُورٌ Multae et copiosae *opes*. قوم مثمورون Homines multi.

ثَمْطٌ Coenum tenue; *vel* Farinae massa nimis mollis.

ثَمْعَدٌ Formosus (*puer*).

مُثْمَعِدٌ Pulchra et laevitate formosa (*facies*).

ثَمَغَ 1) Commiscuit nigro album; 2) Tinxit saturiore colore (*vestem, sed tantummodo de colore rubro*) *c. a.*; 3) Madefecit (*caput oleo asperso*) *c. a. p. et* ب *r.* Imbuit frequenter *cypro*, *et quasi in eo* demersit *caput c. a. et* ب *r.* *Nam herbae huius, de qua Diosc. I, 124 pulverem aqua tepidiore paulum subactum, capillis mundatis lotisque inspergunt, iisque cum eo pulvere collectis caput involvunt; unde horae circiter spatio rubidum colorem capilli adsciscunt. Hoc fere in balneis, et quidem mulieres, sibi facere mos est.* 4) Confregit (*caput*) *c. a.* II *n. a.* تَثْمِيغٌ *i. q.* غلّف *caput c. a. r.* VII Contusus fuit lapsu *dactylus maturus, cum de arbore decidit* (*vid. etiam* ثلغ); Maduit (*ulcus*).

ثَمْغٌ Bona quaedam in urbe Medina legata ab Omaro in pios usus.

ثَمْغَةٌ Cacumen *montis* (*sed secund. al.* ثغة).

ثَمِيغَةٌ Cibus liquidior mixtus pinguedine carnis; Tellus humida; Vulnus in carnosa capitis parte.

مَثْمُوغٌ *i. q.* مُسْتَرْخٍ Flaccidus.

مُثْمَغِدٌ Plenus adipe *hoedus*.

ثَمَلَ *F. i. o.* 1) Tuitus fuit; iuvit; Potum et cibum dedit *alicui c. a. p.*; Suorum res egit et rexit *c. a. p.*; 2) *n. a.* ثَمْلٌ: ما ثمل شرابه بشيء Nihil cibi ante potum sumsit, bibit antequam ederet; 3) *F. i.* Edit, comedit. b) ثَمِلَ *n. a.* ثَمَلٌ Vino captus fuit, ebrius et temulentus evasit. II *n. a.* تَثْمِيلٌ Fecit ut restaret (*aliquid*) in imo vasis vel cisternae *c. a.* (*vid.* ثميلة); Mundavit, *separatis sordibus aut deteriore parte c. a.* (*de hac significatione, quam Golius ex Kamuso attulit, dubito, quum in editione Calcutt. non reperiatur*); Spumam excitavit, turbavit aquam. IV Fecit ut restaret (*aliquid*) in imo vasis vel cisternae *c. a.*; *item intrans.* Multum spumavit (*lac*) (*vid.* ثُمَالَةٌ); Purum lac habuit *camela*. V Tuitus fuit, iuvit *c. a.*; Edit; Absorpsit, exhausitve *quod in vase erat c. a.*

ثَمْلٌ Mora.

ثُمْلٌ *nempe* به ثمل In eo est quaedam prudentia et firmitas animi.

ثَمَلٌ Ebrietas, temulentia; Subsistentia, commoratio, mora; *vel* Umbra.

ثَمِلٌ Vino captus, temulentus; Amans, propensus *c.* الى.

ثَامِلٌ Ensis antiquus, multo tempore non politus; Laudatae mansionis *regio.* *(Dubito de veritate huius significationis; Golius in Kamuso suo legisse videtur* يُحمد; *sed in editione Calcutt. est* يُحمل المقام.*)*

ثِمَالٌ Adiutor, defensor: qui suorum administrat res.

ثُمَالٌ Venenum maceratum; venenum serpentis aliusve rei; Foramen.

ثُمُولٌ Mora.

ثَمِيلٌ Lac acidum, oxygala; Panis; *etiam* Locus continens retinensque aquam.

ثَمْلَةٌ Grana, *i. e.* frumentum et legumina; Ptisana; Dactyli quorum dimidia pars vel plus vel minus in theca est.

ثُمْلَةٌ *Pl.* ثُمَلٌ Grana; Ptisana; Dactyli quorum dimidium vel minus vel plus quam media pars in theca est; *etiam* Aqua pauca in fundo lacus vel utris residua; Lutum in imo putei fundo; Pars lanae, quae adhibetur ad illinendum pice liquida camelum *contra scabiem aut alopeciam*, *vel* utrem *adversus corruptionem.* بِهِ ثُمْلَةٌ In eo est quaedam prudentia et firmitas animi.

ثَمَلَةٌ *Pl.* ثَمَلٌ Lutum in fundo putei residens; Pauca aqua restans in fundo lacus vel in utre; Pars lanae, quae adhibetur ad illinendum pice liquida camelum *contra scabiem aut alopeciam*, *vel* utrem *adversus corruptionem*; *Pl.* ثُمُولٌ Pannus, qui in menstruo sanguine a feminis adhibetur.

ثُمَالَةٌ Quod residuum est in imo vasis vel cisternae; reliquiae potus et cibi (pabuli) in ventre cameli aliusve; reliquiae quaevis; *Pl.* ثُمَالٌ Spuma lactis, aquae etc.

ثَمِيلَةٌ *Pl.* ثَمِيلٌ *et* ثَمَايِلُ Reliquiae pabuli in ventriculo, *et* ipse locus, ubi pars cibi vel potus in ventre residet; *et tum* Reliquiae *cuiuslibet rei*; Grana, Ptisana, Dactyli, quorum dimidium vel minus vel plus quam dimidium in theca est; Structura fulciens vineam; Reliquiae aquae in cisterna; Avis quaedam; Structura in qua sunt lectus et utensilia; Structura lapidea ad continendam pro satis aquam.

ثَمَايِلُ Lapis, quo ferrum acuitur.

مَثْمَلٌ Refugii locus, asylum.

مُثْمِلٌ Lac spumosum seu spumans; Laudatae habitationis *regio (et de hac significatione dubito, eandem ob causam, quam ad* ثَامِلٌ *commemoravi).*

مُثْمَلٌ Venenum maceratum, dum ei aliquid admiscebatur, quo vis eius augeretur.

مُثْمِلٌ Spumosum seu spumans *lac*; Epitheton, quo sonus asini rudentis significatur.

مَثْمَلَةٌ Cisterna aut puteus ingens *(publicus, puto, factus ut inde petatur aqua).*

مِثْمَلَةٌ Lutum in fundo putei residens; Pars lanae, quae adhibetur ad illinendum pice liquida camelum *contra scabiem aut alopeciam*, *vel* utrem *adversus corruptionem*; Cophinus ex foliis palmae contextus, in quo reponitur offae lactariae siccius genus اقط dictum; *item* Pera pastoris in humeris gestari solita.

ثَمْلَطَةٌ Laxitas, flaccitas.

ثَمَنَ *F. o. n. a.* ثَمْنٌ 1) Octavam bonorum partem cepit *(ab aliquo) c. a. p.*; 2) *F. i.* Octavus fuit vel accessit *(aliis) c. a.* II Octogonum, octuplicem vel octifariam fecit *c. a.*, talis fuit. IV Octo fuerunt numero; Octavo die aquavit, vel post octo dierum sitim aquatos habuit, camelos; *item* Dedit pretium, iusta solvit mercede *c. d. a. vel* ب *a. r. et* ل *p.*

ثِمْنٌ Dies octavus quo non bibit camelus; aquatio camelorum, quae octavo fit die.

ثُمْنٌ, ثُمُنٌ *Pl.* أَثْمَانٌ Una pars ex octo.

ثَمَنٌ *Pl.* أَثْمُنٌ, أَثْمَانٌ *et* أَثْمِنَةٌ Pretium.

ثَامِنٌ *Fem. cum* ة Octavus.

ثَمَانٍ *pro* ثَمَانِي *Fem.* ثَمَانِيَةٌ *Masc.* (*et sine* ا) Octo. ثَمَانِي مايَة Octingenta. ثَمَانِي عشرة Octodecim. الثَّمَانِي Nomen plantae.

ثَمِينٌ Pretiosus: magni pretii res, *et quoque* Octava pars *pro* re parva.

ثَمَانُونَ Octoginta.

ثُمَيْنَةٌ *et* ثُمَيْنِيَةٌ *Dem. vocis* ثَمَانِيَةٌ.

أَثْمَنُ Pretiosior, carior.

تَثْمِينٌ Octonarius numerus, ὀγδοάς.

مُثَمَّنٌ *F.* ة Octuplex; octangulus; Pretiosus; *item i. q.* مَسْمُومٌ وَمَحْمُومٌ.

ثَيْمَنْش *Graec.* Θύμνος Frutex.

2
ثن Herbae siccae, foenum, *et quidem* copiosum congestumque; *aut* Quod nigricat ex lignorum genere, *non oleribus aut herbis*; Res, quae prae ariditate frangitur, vel iam fracta est.

ثَنَانٌ Plantae multae et convolutae.

ثُنَّةٌ *Pl.* ثُنَنٌ Pili promissiores in postica et infima parte pedis equi, aut alterius quadrupedis; *item* Abdomen, *vel* Pars ventris inter umbilicum et pubem.

أَثَنَّ Tritus confectusque fuit *senex*.

ثَنَا *Abbreviatum ex* حدثنا Retulit nobis.

ثَنِتَ *i. q.* ثَنِثَ *et* ثَنِيَ 1) Foetuit (*caro*); 2) Laxum flaccidumque fuit et sanguinem emisit (*labium*).

ثَنِتٌ *F.* ة Flaccidum, sanguinem emittens (*labium, gingiva*).

ثِنْتَايَةٌ Obscoenus, obscoenitati deditus, indole pravus *vir*.

تَثَنْتَلَ Immundus, spurcus evasit postquam sese mundaverat.

ثُنْتُلٌ Ovum corruptum.

ثِنْتِلٌ Brevis; *item* Spurcus, pollutus; Impotens.

ثُنْتُلَةٌ Ovum corruptum.

ثَنْجَارَةٌ Scrobs facta ab aqua canalis.

مُثَنَّدٌ Qui magnas habet papillas.

ثُنْدُوَةٌ *et sine Hamza, si primae litterae vocalis Fatha est* ثَنْدُوَةٌ *Pl.* ثَنَادِي Mamma virilis; *vel* Mammarum aut quae circa eas caro, *aut ipsa* basis earum; *etiam* Papilla.

ثَنْطٌ Fissura, rima.

ثَنَطَ Fidit; distinxit. *In traditione Caabi ben-Malic lectio haud certa est, nam pro* ثنط *legitur* ثبط.

ثُنْطُبٌ *i. q.* مَاجُوبُ القَفَّاصِ.

ثَنَى *F. a. et i. n. a.* ثَنْيٌ 1) Flexit, inflexit, duplicavit; complicavit; 2) Iteravit, repetivit *c. a.*; 3) Secundus fuit; 4) Avertit, dimovit *c. a. p. et* عن *r.* II *n. a.* تَثْنِيَةٌ Effecit duos vel geminavit *c. a.*, *ita et* fecit dualis numeri nomen *c. a.*; duobus insignivit punctis (*litteram ut* ت *vel* ي) *c. a.*; Secundam testudinis chordam adhibuit. مَنْ لا يُثَنِّي ولا يُثَلِّثُ *i. e.* Grandaevus est qui neque una via, neque secunda neque tertia via surgere potest; لَيْسَ للواحد تثنية Unicus est in suo genere; Laudavit oratione *aliquem c.* على *p.*; Acceptum illi tulit seu imputavit *bonum vel malum c. a. r. et* على *p.*, *et simpliciter* Laude et gratiarum actione celebravit *c.* على *p.*, *etiam contr.* Vituperavit. IV Laudavit *aliquem c.* على *p. Abulf. Ann. T. II. p.* 122; Eiecit amisitve defluvio primores dentes (*vid.* ثَنِيَّةٌ *post.*); Evasit camelus ثَنِيٌّ sexennis; Secundus factus fuit vel accessit *alteri c. a.* أَثْنِهِ Esto secundus illi. V Factus est camelus ثَنِيٌّ (*sexennis*); Inflexus vel complicatus, et duplicatus fuit; Inflexo inclinatove corpore incessit; Ab uno latere in laterum se inclinavit, Cum fastu et superbe incessit. VII Inflexus fuit; Cum superbia et fastu incessit; Complicatus et duplicatus fuit; Aversus fuit, recessit *c.* عن; Se flecti sivit. انثنت يمينى بادراكا ما كنت طالبا Assequi non possum id, quod quaero. VIII اِثَّنَى Factus est ثَنِيٌّ *i. e. camelus sexennis*; Inflexus, vel complicatus, et duplicatus fuit. X Excepit a communi ordine vel modo, exemit *c. a. vel* على *p.*; Laudavit *c.* على *p.* XII اِثْنَوْنَى Inflexus fuit.

ثَانٍ (*pro* ثَانِيٌ) *Fem.* ثَانِيَةٌ *Ag.* Secundus *etc.*; *et* Duplex: ثاني الاثنين Unus duorum, alteruter. *At* ثاني واحد *et* ثانٍ واحدا *proque eo* ثَنِيّ *est* Secundus, accedens ad unum, et faciens duos. ثاني عطف Obvertens seu inflectens latus *i. e.* superbus. ثانيًا Iterum.

ثِنْيٌ *Pl.* أَثْنَاءٌ Secundus post dominum; Duplicatum, *et* Id, quo aliquid duplicatur; Duplicatio, *seu potius* plicatura, flexura; *ut serpentis, funis; et* Flexus anfractusve *fluvii vel alvei; Pl.* أَثْنَاءٌ Virtutes, facultates rei; Quae secunda vice peperit *camela*, *etiam* mulier talis; *nec non ipse* foetus secundus *illius. De tertio partu aut ulteriore non sic usurpantur petita a numeris*

non na. *Pl.* ثُنْيَةٌ A principe secundus dignitate; *tum* Ex ers prudentiae et consilii; Pravum *consilium*; *item* Noctis certum tempus vel hora.

ثِنًى *Pl.* ثِنْيَةٌ Iterata, bis sumta aut facta, res vel actio. لا ثِنًى فى الصدقة Non bis, aut geminae, uno anno decimae exigendae, *vel* non accipiuntur duo cameli loco unius; *item Pl.* أَثْنَاءٌ *et* أَثَانِينُ Feria secunda septimanae; *et* Quae bis peperit camela; *Pl.* ثِنْيَةٌ Secundarius *sc.* dignitate aut virtute, a primo secundus.

ثُنًى Secundarius, secundus a principe, primo domino seu magistro.

ثَنَاءٌ *Pl.* أَثْنِيَةٌ Bona oratio; encomium (*haec vox ut nonnulli volunt tantummodo ad laudandum adhibetur, conf.* Hamas. *p.* 825); *item* Vituperium *Kam. Vid. Conj. II et IV.*

ثِنَاءٌ *Fem.* ثِنَايَةٌ, *Dual.* ثِنَايَانِ *et* ثِنَاءَانِ Cantus; Funis ex lana, pilis similibusve rebus contortus, Pedica, vinculum quo ligatur pes *cameli, alteriusve iumenti: sive anterior, sive posterior, estque ex fune, laquei instar: a flexura ita dictum.* عقلت البعير بثنايين Pedes anteriores cameli fune, vel extremitatibus funis constrinxi.

ثُنَاءُ Bini. جاءوا ثناء Bini venerunt. ثُنَاءَ ثُنَاءَ Per binos, bini binique.

ثَنْوَى Caput et pedes mactati cameli, *et* Omne quod excepisti.

ثُنْيَا *Id.*

ثُنْيَى Camelus robustus et electus (*Gol. ex Mar.*); Caput mactati cameli, et pedes; *et* Omne quod excepisti.

ثُنْيَةٌ Vilissimus suorum, maxime despectus.

ثَنِيٌّ *Fem.* ثَنِيَّةٌ *Pl.* ثِنَاءٌ, ثُنْيَانٌ *et* أَثْنَاءٌ Qui eiecit primores dentes; Sexennis, annum sextum ingressus, *camelus; ita* Quadriennis *mas ungula solida praeditus: uti equus et* triennis *equus.* (*Scholion ad Abul-Ohlae Divanum, ubi secundum aetatem equorum nomina recensentur.*) Triennis, *de animali ungulae bifidae, bos, aries*; Sexennis aut a pleno incremento ad extremum vitae (*dorcas*); Quae bis peperit *camela*, *et item* Foetus secundus, quem in utero habet.

ثَنِيَّةٌ *pro* ثَانِيَةٌ Secunda. *In Accus.* Iterum, secunda vice.

ثَنِيَّةٌ *Pl.* ثَنِيَّاتٌ *et* ثَنَايَا Descriptio, qua quis laudatur vel vituperatur (*vel potius in laude tantum adhibetur*); Dens anterior, primorum unus, quales duo superne, duo inferne existunt; Camela ingrediens sextum annum (*conf.* ثَنِيٌّ); Acclivitas montis aut clivus: per eum, vel ad eum via; *et* terra alta; *inprimis Pl.* ثَنَايَا Negotium opusve arduum; *unde* طَلَّاعُ الثنايا Qui ad *res* magnas adspirat et sese effert; Exceptio, res exemta; mactati cameli exceptae partes ut caput pedesque; Quae in licitando a caeteris excipitur *palma. De* martyribus, seu iis qui in bello pro religione occumbunt, *exponitur* من استثنام الله عن الصعقة; *etiam* Ductor aliorum et antesignanus.

ثَنَوِى Mactati cameli exceptae partes.

ثُنْيِى Caput, cor, pedes et pellis mactatae cameli; *sec. alios* Ubera et pars pectoris qua terrae incumbit; Res excepta.

orum Meccae intravit; Peregrinans Meccam *vel* is, qui iam Meccae commoratur, rem fecit, qua illicitum id factum est, quod licitum ante fuit, *vid.* حَرَم; Res ad sacram peregrinationem spectantes peragere coepit viliorem indutus vestem, abstinens venatione, venere, odoribus, capillum et ungues alens, *quod fit ante Meccani festi celebrationem*; Mense sacro degit; Alea vicit *aliquem c. a. p.* V Prohibitus fuit; Abstinuit. تَحَرَّمَ منه بِحُرْمَة Defensus fuit ab eo clientela; Ingressus fuit sacra *orationis c.* ب. *Gol. ex Merc.*; In veneratione habitus est; Res illicitas peregerunt latronum more. *Vit. Timuri edit. Mang. T. I. p.* 34. VIII Dignitate et praesidio venerabilis fuit; Abstinuit honorare *Jac. Schult. Gol.* X Coitum appetivit, *specialiter femina: fere de animalibus bisulcis dicitur; etiam de lupa et cane.*

حَرْم Desperatio. *Gol. ex Merc. Ma.*

حِرْم *Pl.* حُرُم *et* حِرَام Vetitum, nefas; Necessarium; *et in his Corani* حِرْم على قرية أَهْلَكْنَاهَا Necessarium erat vico, quem nos perdidimus (*ex Alcesaï interpretatione*); Tempus, in quo alicui status احرام est, ut aliquas res facere nefas habeatur.

حُرْم Uxores et omne, quod aliquis defendit; Tempus, quo status احرام homini est, ut nonnullae res ei illicitae sint. *Dicitur* فعله فى حرمه.

حَرَم *Pl.* أَحْرَام Illicitum. *Pl.* حُرُم , أَحْرَام Id quod homo defendit et pro quo dimicat, et quos defendit *ut familiam*; Sacrum, quod non est promiscui usus; *inde* الحَرَم Sacrum septum *Meccae, sive* templi Meccani circus (*quod et* حرم الله *et* حرم رسول الله *dicitur*). *In Duali* الحَرَمَان Mecca et Medina; *item* حرم *in genere est* Adytum, medium domus; gynaeceum *et pro* uxoribus ipsis.

حِرْم Repulsa, reiectio; Frustratio.

حُرُم Uxores.

حَارِم *in his* هو بحارم عقل Ei est prudentia et ingenium.

حَرَام Quod lege prohibitum est, nefas. *Pl.* حُرُم Verendus, sacer, et tutelaris; *inde* الاشهر الحرام Menses sacri *nempe* Dsul Kahdah, Dsulhidjdjah, Almoharram, Redjeb (*in quibus omnibus Arabibus, exceptis Tajjitis et Chatsamitis, nefas erat occidere hominem et bellum gerere*). الشهر الحرام Mensis Moharram. بلد الحرام Mecca. المسجد الحرام Templum Meccae Caaba appellatum; *item Pl.* حُرُم *i. q.* مُحْرِم Meccam iter sacrum faciens, *et* veste indutus. *Dicitur* قوم حرام *et* قوم حُرُم. حَرَامُ الله لا افعل Per Deum non faciam.

حُرْمَة Clientela.

حِرْمَة Libido venerea feminae; *in traditione adhibetur de viris; peculiariter de animalibus bisulcis dicitur*; Frustratio.

حُرْمَة *Pl.* حُرَم *et* حُرُمَات Prohibitum seu sacrum, quod violare nefas; et quod sub alieno praesidio; *ita et* Uxor viri, familia, filia; Clientela; Portio (نَصِيب); Reverentia, veneranda dignitas.

حَرَمَة Libido venerea in femina (*ut* ضبعة *in camela et* حناء *in vacca*).

حُرُمَة Quod violare nefas habetur; Uxor; Clientela; Portio (نَصِيب); Reverentia.

حُرُمَة *Id.* حُرُمَات الله Statuta Dei haud violanda.

حَرُوم Camela, quae ex initu non concipit.

حَوْرَم Magnae divitiae (*tam pecuniae quam camelorum*).

حَرِيم *Pl.* حُرُم , أَحْرَام *et* أَحَارِيم (*Ebn-Batut. p.* 34) Prohibitus, repulsam passus; Id quod homo defendit et pro quo dimicat; Sacrum, quod tangere nefas; *inde* Mulieres; Quod pertinet ad rem, eamque circumstat, *ut puteum domumve*, Colluviaria eius et iura; Locus amplus circa palatium regis in quem exercitus *etc.* conveniunt; *sec. al.* Regio urbem circumiacens; Vestis vilior et neglecta, quam induit مُحْرِم; Vestis, quam Meccam iter sacrum faciens abiicit, neque induit (*vestibus enim ante pedes abiectis Arabes circumire templum nudi solebant*); Locus ubi terra putei proiecta est; Consors, socius.

حَيْرَم *Coll. nom. unit. c.* ة حَيْرَمَة Boum genus.

حِرْمِى *in his* والله حِرْمِى *idem quod* أَمَا والله.

حَرْمَى *Pl.* حِرَام *et* حَرَامَى Libidinosa, coïtum appetens; *spec. de animalibus bisulcis*, *et* Lupa et canis *fem.*

حِرْمَان Frustratio, repulsa. *Mar.*; Infelicitas. *Gloss. Mar.*

حَرَامَة Custodia; conservatio.

حَرِيمَة Res desiderata, quae elapsa obtineri nequit. حريمة الرَّبّ Ea qua dominus volentem prohibet; Feminae, quas tueri fas est.

حِرْمِيّ Formicae *Reisk.* حِرْمِيَّة Ex ligno arboris حرم appellatae confectus arcus. *Hamas. p.* 284.

حَرَامِيّ *Pl.* حَرَامِيَّة Impius, sceleratus. *Vit. Tim. T. I. p.* 16 *ed. Mang.* دين الحَرَامِيَّة Impiorum religio.

إِحْرَام Vestimenti genus quo utuntur Arabes in Hispania et Africa viventes *Harir.*; Status sacer.

تَحْرِمَة Latrocinium.

مَحْرَم *Pl.* مَحَارِم Illicitum, nefas. هو ذو محرم منها Non potest eam uxorem ducere; *et dicitur* هو لها محرم *ut* لها محرم في *tum quoque dicunt* رَحِم مَحْرَم; Cui حرم Harem patet seu ad illud est via, arcani conscius ac particeps. *Gol. ex Mar. Pl.* مَحَارِم 1) Terrores (*noctis*); 2) Res a Deo vetitae.

مُحْرِم Is qui cum aliquo pacem colit. إِنَّهُ لَمُحْرِمٌ عَنْكَ Ei noxam inferre tibi non licet.

مُحْتَرَم Dignitate venerabilis, et inviolabilis quasi praesidii.

مُحَرَّم Vetitus; venerandus dignitate et inviolabili observantia. *Pl.* مَحَارِمُ, مَحَارِيمُ *et* مُحَرَّمَاتٌ Nomen mensis Redjebi, quo pugnare non est licitum. (*In Kamuso est* شهر الله الاصب, *quod sine dubio est pro* الاصم *quo nomine mensis Redjeb insignitur. Sed nescio num recte fecerit Kamusi auctor, quum primi mensis nomen sit.*) Sacrum septum Meccae; Non concinnatum (*corium*); Durus, asper *de corio scuticae*; Nova (*de scutica*); Commodus, obsequens *de camelis*; Medius (*ut videtur, inter caeteros*), difficilis ad utendum tempore quo eo uti vis (*de camelis*); Pars mollis in manu *de naso*.

مَحْرَمَة *et* مَحْرُمَة *Pl.* مَحَارِمُ Res prohibita a Deo, sacra et inviolabilis.

مُحْرِمَة (*et quoque* مَحْرَمَة) *Pl.* مَحَارِمُ Uxor (*viri*).

مَحْرُوم Prohibitus; repulsam passus; Infelix; Is, cui a Deo melior vitae sors denegata est; Cuius opes non crescunt, qui victu destitutus acquirere haud potest; Dignitate venerabilis. *Gol. ex Mar.*

حَرْمَد *et* حِرْمِد Coenum, lutum nigrum corrupti odoris et coloris quale in aqua.

مُحْرَمِدَة Multum lutum foetidum habens (*fons*).

حَرْمَزَ 1) Maledixit, diris devovit *c. a. p. Kam.*; 2) Declinavit a via *Gol. ex Mar.* II تَحَرْمَزَ *et* IV إِحْرَمَّزَ Mentis acumine praeditus fuit.

حِرْمِزَة Ingenii acumen.

تَحَرْمُز *Pers.* حَرَامْزَادَكِى Illegitima nativitas (*Gol. ex Mar.*).

حِرْمِس *Pl.* حَرَامِس Sterilis *annus*.

بَلَدٌ حِرْمَاس Regio glabra. ارض حرماس Terra dura.

حَرْمَل Grana plantae cuiusdam, *cuius usus in medicina a Kamusi auctore describitur*; Harmala, ruta silvestris. *Gol. ex Beith.*; Peganum Harmala. *Sprengel. hist. rei herb. T. I. p.* 253. *Avicenn.* 174.

حَرْمَلَة Planta (نبات) a praecedente diversa, quae minus quidem quam arborum مرخ et عفار lignum, optime tamen igniario inservit. Lac eius in lana exceptum et siccatum, quum corpus scabiosi eo fricas, optimum est remedium.

حُرَيْمِلَة Frutex (شجرة) cuius fructus lanam continent, quam, quum sit mollissima et levissima, ad regum pulvinaria farcienda adhibent.

حَرَنَ *F. o. et* حَرُنَ *n. a.* حِرَان, حُرَان Quum vehementer curreret, subito cursum inhibuit (*praecipue de ungula praeditis*). b) حَرَنَ Iustum tenuit modum (*in venditione*), nec diminuens neque augens *c.* في; 2) Discriminavit concutiendo (*gossipium*) *c. a.*

حِرَان Contumacia restitantis equi.

حَرُون Subito cursum inhibens (*equus*); Quae non procedit ex altissimis montium partibus *fera*.

حَرَّان Terra petrosa *a* حرر; *Diptot.* Mesopotamiae oppidum, *gentil.* حَرْنَانِيّ (*ne dicas* حَرَّانِيّ *quamvis sit regulis aptum*).

مِحْرَن Instrumentum, quo discutitur et attenuatur gossipium (مندف).

مُحْرَان Mel. *Pl.* مَحَارِين Grana gossypii. *Pl.* مَحَارِنُ *et* مَحَارِين Adhaerentes melli, quae cum ligno محبض appellato removentur (*apes*).

إِحْرَنْبَأَ Paratus fuit ad iram et ad malum inferendum.

احرنفزوا Convenerunt, congregati sunt *homines*.

ابيات محرنفزات Versus pulchri, praeclari.

حروة Ardor in gutture et in pectore et capite ex ira vel dolore; Acrimonia saporis ex semine sinapi; Odor ingratus, et simul acer.

حراوة Acrimonia saporis ex semine sinapi.

حرى *F. i. n. a.* حرى Decrevit, deminutus fuit: *uti luna suo lumine.* IV Deminuit, noxa affecit *tempus c. a.*; Dedit calidum quid alicui edendum. *conf.* حر. *Meid. et* ما احراه به *et* أحرِ به Quam dignus eo est! V Data opera fecit, intendit *c. a. r.*; Quod conveniens ad adhibendum videbatur quaesivit *c. a.*; Delectu usus fuit *in rebus c.* في; Petiit; *item* Moram traxit et substitit *in loco c.* ب *l.* VIII *i. q.* V.

حرٍ *Pl.* أحراء Dignus, conveniens *c.* ب *r. et c.* ان *verbi.*

حرى *Pl.* أحراء Sonus avium *vel general.* sonus; Cubile dorcadis; Atrium; Area domus; *sic dicitur* اذهب فلا اربنك بحراى *et* بحرائي Abi, ne te videam in atrio meo; *et* لا تطر حراتا Ne appropinqua ad eas res, quae circum nos sunt; *et* نزلت بحراه وعراه Diverti ad eum; Tractus latus; Locus ubi ova deponit struthio; *Caret fem. et Dual.* Conveniens, consentaneus, dignus *c.* ب *r.*, *ut in his* انه لحرى بكذا Iste utique tali re dignus est, بالحرى ان يكون Conveniens fuit ut fieret, هو حرى ان يفعل Hoc facere debet.

حرى *Dual. et Plur. san. et Fem.* ة *Pl.* حرايا *et* حريات Conveniens, dignus. *Dicitur* هما حريان , هم حريون *et* هن حرايا *et* هن حريات *et* هي حرية *et* هم أحرياء.

حراة Atrium, mediumque domus; Tractus latus; Sonus, murmur avium *Kam.*, *vel* ignis ardentis, sonus arborum *Djeuh.*; *vel generaliter* Sonus, clamor; Cubile dorcadis; Nidus ovorum; Ardor (*ignis*); *et* Arborum susurrus.

حارية Senio extenuata *vipera*, ut nil praeter caput, venenum et animam eius supersit: quae omnium deterrima. *Dicitur* رماك الله بافعى حارية.

أحرى Quam maxime dignus, conveniens *c.* ب *r. et* ان *r.*

محراة Dignus, conveniens *c.* ان *verbi.* هذا الامر محراة لذلك Haec res apta est ei.

محرى Dignus, conveniens.

حز *F. o. n. a.* حز 1) Secuit, incidit *ex. gr.* حز الخشبة, *et tum* crenatim *ut* حز في راس القوس *Kam. Djeuh.*; 2) Scalpsit; perforavit *c.* في *r. Gol. ex Gl. Mar.*; 3) *Metaph.* Sauciavit (*dolor*); 4) Auctus fuit *in honore*, *inde dicitur* ليس في القبيلة من يحز على كرم فلان Nemo magis honoratus in gente est, quam quidam. *Prov. locutio est* حزت حازة من كوعها Quando gens suis rebus occupata aliarum rationem non habet. II *n. a.* تحزيز Secuit, incidit; Crenatos reddidit (*dentes*) *c. a. r.*, ut iuveniles et acuti viderentur. III *n. a.* حزاز *et* محازة Summam in quaerendo diligentiam adhibuit; *inde dicitur* بينهما شركة حزاز Quod alter in altero fiduciam non ponit, sed unusquisque alterius statum diligenter inquirit. V Incisus fuit. VIII Secuit, incidit et quidem crenatim *c. a.*

حز *Coll. nom. unit. c.* ة Incisura, crena *in re, arcu. Dicitur* رد الوتر الى حز القوس; Augmentum (*in honore et auctoritate*); Aequabilior, depressior locus; Vir durus in verbis; Tempus idoneum, quo aliquid fit. هذا حز مجى فلان Hoc tempus est, quo quidam venire solet.

حزز Vehementia.

حاز Laedens sauciansque ut sanguis effluat, confrictu cubitum cameli *callosus pectoris tumor* (كركرة). *Dicitur* به حاز. (*Sin autem non emanat sanguis*, به ماسح *dicitur.*)

حزاز (*cum* ـ *Meid.*) *Coll.* Furfures capitis; Dolor in corde ex ira vel alia re; Vir vehemens in propellendo et opere faciendo.

حزة Dolor animi, aegritudo.

حزة. Locus sinus seu canalis femoralium, per quem traiicitur fascia adstringens تكة appellata (*est pro* حجزة); *item* Collum hominis, *ut in traditione* اخذ بحزته; Oblongum carnis segmentum *vel proprie* iecoris. *Kam.*

حزيز *Pl.* حزز , أحزة *et* حزان Locus salebrosus; Vir, qui vehemens est in propellendo et agendo.

حزاز Scalpens, perforans; Omne id, quod animum laedit, et in pectore scabit; Cibus in stomacho acidus; Ira ac sollicitudo; Aegritudo animi ex ira *etc. Djeuh.* حزاز الصخر Perforator petrae, Lichen (*herba*). *Gol. ex Beith.*

حزاز Omne id quod animum laedit et in pectore scabit; Vir vehemens in propellendo et opere faciendo *Kam.*; Aegritudo animi ex ira. *Djeuh.*

حَزَازَةٌ Particula una furfuris; Aegritudo animi; Dolor in corde ex ira *etc.* (*ex Chalili sententia*).

حَزَازِىٌّ Vir vehemens in propellendo et opere faciendo.

تَحْزِيزٌ Striata, crenata superficies in dentibus, *ut in his* فى اسنانه تحزيز.

مَحَزٌّ Locus, ubi inciditur; Articulus.

مِحَزٌّ Vir durus in verbis.

حَزَأَ *pro* حَزَى *n. a.* حَزْءٌ 1) Extulit *rem vapor*; 2) Congregavit compulitque *camelos c. a.*; 3) Concubuit *cum femina c. a. p.* XII اِحْزَوْزَأَ 1) Convenit eodem loco; 2) Contraxit alas (*avis*); 3) Reliquit ova (*avis*).

حَزَبَ *n. a.* حَزْبٌ Contigit *alicui res*; *et* Molesta fuit *vel* eum pressit *c. a. p.* II *n. a.* تَحْزِيب Collegit, congregavit *c. a. p.*; In partes distribuit; *pecul.* in sexaginta sectiones *Coranum c. a. Djeuh.* III Congregati fuerunt; Inter socios fuit *alicuius c. a. p.* V Congregati fuerunt, et turmatim convenerunt.

حَزْبٌ Angustia, incommoda quae accidente re aliquem premunt.

حِزْبٌ *Pl.* أَحْزَابٌ Turba; Agmen *hominum. Dicitur* جاء حزب من الناس. Arma et apparatus bellicus; Agmen hominum, qui convenerant sibi invicem opem ferentes ad bellum Muhammedi inferendum; Socii viri cum eo consentientes. *Tum Plur.* احزاب *in his verbis* انى اخاف عليكم مثل يوم الاحزاب *indicat* Gentem Noae, Adi, Tsamudi et caeteras, quas Deus post illas perdidit; Pars *pecul.* sexagesima Corani; Determinata pars, pensum lecturae, *ut dicatur* قرا حزبه من القران; *et gener.* Pars *alicuius rei*; عنده حزب منه Apud eum eius rei aliqua pars est. Terra dura.

حَزَابٌ Crassus et potius brevis quam longus *vir*, *onager*.

حَازِبٌ Dura, in angustias redigens *res*.

حَزِيبٌ *Pl.* حُزْبٌ Dura, in angustias redigens *res*.

حِزْبَاءَةٌ *Pl.* حِزْبَاءٌ *et* حَزَابِى (*ita in Kamuso; Djeuhario vero* حزباء *est singularis et* حزباءة *est forma magis specialem sensum praebens*) Terra salebrosa.

حِنْزَابٌ Pastinaca silvatica (حزر البر); Crassus et potius brevis quam longus; Gallus gallinaceus; Species quaedam avis قطا.

حُزَابَةٌ Angustiae, incommoda, quae re accidente aliquem premunt.

حُنْزُوبٌ Plantae cuiusdam nomen.

حَزَابِيَةٌ Crassus et potius brevis quam longus (*vir*).

حَزَابِى Victoriae compos.

حَيْزَبُور Anus, vetula.

حَيْزَبُونٌ Anus, vetula.

حَزْحَزَةٌ Quum in bello dux aciem instruit, partem militum procedere iubet, partem recedere; *item* Dolor cordis ex metu vel tristitia.

حَزَدَ *n. a.* حَزْد *i. q.* حَصَدَ.

حَزَرَ *F. o. et i. n. a.* حَزْرٌ, مَحْزَرَةٌ Mensuram inivit, coniectavit quantum esset *c. a. r.*; *et Intrans.* Acorem concepit (*lac vinumve*); Austerum vultum habuit.

حَازِرٌ Mensuram iniens; Valde acidum *lac vel vinum dactylorum*; Austerus (*vultus*); Farina hordei, cui non est odor bonus.

حَزْرَةٌ Arbor salsa et amara (حامض) *Kam.*; Arbor valde acida (*Diw. Huds.*); Fructus (تَبِقَّةٌ مُرَّةٌ) vel eius amaritudo *Kam.*; *Pl.* حَزَرَاتٌ Melior pars opum. هذا حزرة نفسى Haec res mihi quammaxime cara est.

حَزْوَرٌ *Djeuh.*, *et* حَزَوَّرٌ *Djeuh. et Kam.* Adolescens pubertati proximus, robustus, *contr.* debilis senex (*Kam. et* كتاب الاضداد).

حَازِرَةٌ Bona, haud debilis *camela. Hamas. p.* 98 *seq.*

حَزْرَاءُ *c. art.* Lac acidum (ضَرِبَةٌ حامضة).

حَزْوَرَةٌ Camela percussa et ad obsequium coacta; 2) *et* حَزَوَّرَةٌ *Pl.* حَزَاوِرُ, حَزَاوِرَةٌ, حَزَاوِيرُ Colliculus.

حَزْوَرِىٌّ *i. q.* حزور.

حَزِيرَانُ Mensis Iulius *apud Graecos*.

مَحْزُورٌ Irritatus.

حَزَفَرَ 1) Implevit *vas c. a. r.*; 2) Constrinxit *fasces mercium c. a. r.*; 3) Ad pugnam se paravit *contra aliquem c.* ل *p.*

حُزْفُرَةٌ Terra glabra, aequalis, in qua lapides sunt.

حِزْفِرَةٌ Locus durus.

حَزَقَ *F. i. n. a.* حَزْق 1) Pepedit *asinus* (حبق); 2) Constrinxit *fune c. a. p. et* ب *r.*; 3) Valde traxit (*funem, chordam*) *c. a. r.*; 4) Pressit, compressit *rem c. a. r.* IV Impedivit *aliquem c. a. p.*

حِزْق Agmen, multitudo hominum, avium, apum *etc.*; Sellae minoris species ei similis cui باصر nomen est.

حَازِق Is cuius ocrea arctior pedem premit. *Inde dicitur* لا راى لحازق.

حِزَاق Pericarpum crassum.

رجل حُزُق Brevi statura praeditus eamque ob causam aut ob debilitatem corporis breves cui passus sunt; Pravus indole; Rerum angustia pressus *Kam.*

حُزُق (حُزَقّ *Meid.*) Magnum ventrem habens, *et* Brevi statura praeditus qui eundo clunes circumvertit, *vel* qui parvis incedit passibus.

حِزْقَة *Pl.* حِزَق Agmen *hominum, avium, apum.*

حُزُقَّة Ludus quidam.

حَزِيق Agmen.

حَزَاقَة *Id.*

حَازِقَة *Id.*

رجل حُزُقَّة *i. q.* رجل حُزُقّ.

حُزُقَّة *i. q.* حُزُقّ.

حَزِيقَة *Pl.* حَزِيق, حَزَائِق *et* حُزُق Hortus arboribus consitus; Pars, segmentum *de omni re*; Agmen.

أحْزُقَّة *i. q.* حُزُقّ.

مَحْزُوق Angustus (*de gutturnio*). *Dicitur* ابريق محزوق العنق.

مُتَحَزِّق Multum avarus.

حِزْقِل Paucis a natura dotibus instructus *vir.*

حَزَاقِلَة Viles (*hominum*).

حَزَكَ *F. i. conf.* حَزَق 1) Pressit, compressit *c. a.*; 2) Constrinxit *fune c. a. et* ب *r.* VIII *i. q.* احتزم Cinxit medium corpus *veste c.* ب *r.*

حَزَوْكَل Brevis, parvus.

اِحْتَزَلَ Cinxit medium corpus *veste c.* ب *r.* (*sed rectius scribitur* احتزك).

اِحْزَأَلَّ *n. a.* احزيلال Elevatus fuit in incessu *camelus*; Super vaporem elevatus fuit *mons*; 2) Collecta fuit *res*; 3) Compressum fuit *cor* timore.

حَوْزَلّ *et* حَوْزَلَة Parvus.

حَزَمَ *F. i. n. a.* حَزْم Colligavit, constrinxit (*sarcinas*) *c. a.*; Cingulo cinxit (*iumentum*) *c. a.* b) حَزِمَ *n. a.* حَزَم Arctato pectore fuit. c) حَزُمَ *F. o. n. a.* حَزْم, حَزَامَة, حُزُومَة Providus ac firmo animo et constans fuit. IV Cingulo succinxit (*iumentum*) *c. a.* V Cingulo cinctum fuit (*iumentum*); Medium corpus sibi cinxit cingulo, fune. VIII Cingulo cinctum fuit (*iumentum*); Medium corporis sui cinxit (*fune*) *c.* ب; Vestem induit; armis accinctus fuit. XII اِحْزَوْزَمَ Collectus fuit et congregatus; Implicita fuerunt folia et rami arboris *Reisk.*; Asper fuit (*locus*); Magnum ventrem sed non impletum habuit *vir.*

حَزْم Firmi animi studium, quum res summa cum fiducia incipitur *conf. Hamas. p.* 514; *item Pl.* حُزُوم *i. q.* حَزْن *vel* Locus asperior illo *vel* altior terra.

حَزَم Medii corporis crassities (*contr. est* هضم).

حَزِم Terra aspera vel elata.

حَازِم *Pl.* حَزَمَة Providus et tum res magnas cum fiducia incipiens.

حِزَام *Pl.* حُزُم Cingulum iumenti; Teniae cunarum, *quibus infans in iis positus obvolvitur. Djeuh.*

حُزْمَة Id, quod ligatur, constringitur; Fascis (*lignorum, frugum*): quantum uno amplexu capi potest.

حَزِيمٌ *Pl.* حُزَمَاءُ Providus et tum magna cum fiducia res incipiens; Id quo constringitur; *item Pl.* حُزُمٌ, أَحْزِمَةٌ Pectus eiusve medium; *unde* شددت لهذا الامر حزيمى Accinxi me et obfirmavi isti rei.

حَزْمِي *nempe* حزمى والله *i. q.* حرمى والله.

حِزَامَةٌ *i. q.* حِزَامٌ; *et* Providentia, prudentia.

حُزُمَّةٌ Brevis.

حَيْزُومٌ *Pl.* حَيَازِيمُ *et* حَيَازِمُ Pectus eiusve medium; Pars cingens dorsum et pectus, *vel* Costae quae cor includunt. شد للحيزوم Patiens fuit *in...* *c.* على *r.*; *et inde* Carina navis *Taraf. p.* 5 *ed. Reisk.*; Fauces cingens pars e latere pectoris; Terra elata *vel* aspera; *item* Nomen equi quo usus esse dicitur angelus Gabriel.

أَحْزَمُ Is qui magnum حَيْزُومٌ habet; Medio crassus corpore; Magno pectore praeditus (*contr. est* اهضم); Elata *vel* salebrosa terra; Magis prudens, magis circumspiciens.

أَحْزَامٌ *i. q.* أَحْزَابٌ Socii, agmina.

مَحْزَمٌ Locus cincturae iumenti.

مِحْزَمٌ Id quo constringitur; Cingulum.

مِحْزَمَةٌ *i. q.* مِحْزَمٌ.

حَزْمَرٌ Rex.

حَزْمَرَةٌ Prudentia in re peragenda; Impletio *vasis*; Apertio floris (*de porro*).

حُزْمُورٌ *Pl.* حَزَامِيرُ Summa, universitas *rei.* *Dicitur* اخذه بحزموره *vel* بحزاميره Rem totam cepit.

حِزْمِلٌ Mulier ignobilis, vilis.

حَزَنَ *n. a.* حُزْنٌ Tristitiam movit *alicui res c. a. p.* b) حَزِنَ Tristis fuit *c.* على *r. vel* ل *r.* II Contristavit. VI Tristem reddidit; *et* Fuit in terra dura ac salebrosa, *vid.* حَزْنٌ. V Tristis fuit; Tristitia affectus fuit; Dolorem concepit *c.* على. VI Constratus fuit, dolorem concepit. VIII Tristitia affectus fuit.

حَزْنٌ (*Pl.* حُزُونٌ *Meid.*) Terra dura ac salebrosa.

حُزْنٌ *et quoque* حَزَنٌ *Pl.* أَحْزَانٌ Tristitia. عَامُ الْحُزْنِ Annus, quo mortua est Chadidja et Abu-Thaleb.

حَزِنٌ Tristis.

حَزُنٌ *Id.*

حَزْنَةٌ *i. q.* حُزْنٌ.

حُزْنَةٌ *Pl.* حُزَنٌ Mons asper durusque.

حَزُونٌ Malae ac perversae indolis (*ovis*).

حَزِينٌ *Pl.* حِزَانٌ, حُزَنَاءُ Tristitia affectus. مالك للحزين Avis quaedam in ripis vivens. *Conf. Bochart. hieroz. I*, 27. *II*, 266.

حَزْنَانُ Tristis.

حُزَانَةٌ Familia, domestici, quorum sollicitudine, ceu dolore, afficimur; Ius antiquum Arabum in reliquas gentes initio adventus sui, quo meruerunt domos praediaque. *Kam.*

حُزُونَةٌ Asperitas ac durities terrae.

حَزْنِيٌّ Qui in salebroso pascitur (*camelus*).

تَحْزِينٌ Arguta voce uti in legendo Corano, *velut dolentis.*

مَحْزُونٌ Tristitia affectus.

مِحْزَانٌ Tristis.

مُحْزَوِّنٌ Tristitia affectus.

حَزَنْبَلٌ Brevis, corpore compactus; Magnis labiis praeditus; Mulier stulta; Vetula; Elata pube praeditum *de pudendo mulieris aliarum*; Aromatis genus. *conf. Forsk. descr. anim. p.* 153.

حَزَنْقَفَةٌ Brevis, parva (*sed rectius est* حزنقفة).

حَزَا *n. a.* حَزْوٌ Divinavit, hariolatus fuit *pec. ex avium volatu.* V *n. a.* تَحَزٍّ *Id.*

مُحْزَوْزٍ Erectus (منتصب), *vel* Vacillans, *vel* Fractus.

حَزَى *F. i. n. a.* حَزْيٌ Excitans aliquo loco aves ex earum volatu hariolatus fuit et omen cepit *c. a. av.* II *n. a.* تَحْزِيَةٌ Coniectura aestimavit, quot dactylos proferret

palmam c. a. palm.; Excitans *aves* ex earum volatu omen cepit *c. a. av.*; Elevavit *personam vapor meridianus c. a. r.* IV Veritus fuit, metuit *aliquem c.* من *p.*; Pressit *aliquem in mercibus vendendis* maiore pretio *c.* على *p. et* فى *r.*; Gnarus fuit *rei c.* ب *r.*; Imminuit, elatus fuit. V *n. a.* تَحَزٍّ *i. q.* I.

حَزًى *et* حَزَآء *Coll. nom. unit.* حَزَاةٌ *et* حَزَآءَةٌ Nomen plantae *Kam.*; Anethum sylv. *Gol. ex Beith. Apud Meidanium ita describitur* Planta, qua suffitur ad depellendos daemones, et quae ardens crepitum edit; similis est plantae كرفس. (*Vituperat vero Kamusi auctor Djeuharium, quod* خزى *scripserit.*)

حازٍ Qui ex membrorum et faciei signis hariolatur *Djeuh.* على الخازى هبطت *Prov. loc.* Incidisti in virum rei gnarum.

حَزَّآء *Id. Vit. Timur. ed. Calcutt. p.* 481. *l.* 7.

حَسَّ *F. o. n. a.* حَسٌّ 1) Exussit *herbam frigus c. a.*; 2) Perdidit omnino, eradicavit *c. a. p.*; *n. a.* حَسٌّ Occidit *c. a. p.*; 3) Strigili a sordibus mundavit *iumentum c. a.*; 4) *F. i. n. a.* حِسٌّ Misericordia affectus fuit *c.* ل *p.*; 5) Iuvit, opemque tulit *Gol. ex Mar.* b) حَسَّ *pro* حَسِسَ *n. a.* حَسٌّ 1) Misericordia affectus fuit; Aurem admovit, auscultavit *Gol. ex Mar.*; 2) Sensit, *et sine casu*; Certo scivit *rem c.* ب *r.*; 3) Submissiorem edidit vocem *Gol. ex Mar.*; 4) Malae indolis fuit (*Gol. ex Gl. Mar. rectius videtur* خس). II حَسَّسَ *et pro hoc* حَسَّيْتُ , حَسَّى Sensit, percepit (*rem*) *c. a. r.*; Prunis imposuit (*carnem*) *c. a. r.*; Admovit baculo (*ignem*) *c. a.* super panem. III Assequutus fuit *Gol. ex Mar.* IV *Praet.* أَحْسَسْتُ , أَحْسَيْتُ *et rarius* أَحَسْتُ Putavit et invenit, vidit, scivit; Invenit, cognovit sonum *rei* submissum *c. a. r.*; Sensit *c. a. r. et c.* ب *r.*; Pectinavit (*equum*). V Auscultavit hominum narrationes; Exploravit nuntium *in bonam partem*, de eo certior factus fuit fierive studuit *c.* عن *vel* من. VII Evulsus fuit; Deiectus, dispersus fuit.

حَسِّ Vox dolentis ex improviso contactu rei ardentis; *et dicitur* حس اح *Hamas. p.* 222.

حَسٌّ Sensus, facultas sentiendi; 2) Dolus, perfidia; 3) Malum (*sec. al. cum Kesra*). *Dicitur* احسست منه حسا.

ايت به حَسِّك وبسِّك Adduc eum unde vis.

حُسٌّ Uredo, frigus herbas exurens; Dolor puerperae partum sequens *Kam.*; *quibusdam etiam* parturientis *Gol. ex Mar.*; *tum et* de dolore omni; Intelligentia; Sonus rei motae, quem e propinquo audis, dum nihil oculis cernis; Sonus submissior. أَلْحِقِ الْحِسَّ بِالْإِسِّ Coniunge rem cum re *i. e.* cum ad te venit res, fac eius similem.

حَسَاسِ *Dicitur* Quum aliquis rem quaerit, sed eam non invenit.

حُسَاسٌ *Coll.* Pisciculi siccari soliti (هف); Particulae arborum parvae; Malignitas et pravitas naturae, *aliis* infelicitas *Djeuh.*; Actio prunis carnem imponendi; Signum, vestigium rei.

حِسَّةٌ *et quoque* حَسَّةٌ Status *mali*, *ut in his* بات بحسة سوء.

حَسُوسٌ Infaustus, infertilis (*annus*).

حَسِيسٌ Sonus submissior *Djeuh.*; Sonus ignis *Meid.*; Occisus *Djeuh.* الحسيسان Venae duae pulsantes pone aures. *Albucas. Chirurg. p.* 460.

حَاسَّةٌ *Pl.* حَوَاسُّ Sensus; *quales quinque in corpore hominis. Dicitur quoque* اصابتهم حاسة Frigus vel alia quaedam res noxa affecit pabulum. حَوَاسُّ الارض *vero appellantur* Frigus, Grando, Ventus, Locustae, Pecudes.

حَاسُوسٌ *i. q.* جَاسُوسٌ Explorator (*vel potius* حاسوس *in bonam partem*, *et* جاسوس *in malam partem accipitur*); Infaustus *de viris*; Annus gravis, infaustus.

مَحَسَّةٌ Res exurens perdensve. *Dicitur* البرد محسة الكلاء; *et pro* مَحَشَّةٌ Podex *Kam.*; *et quidem* hominis *Gol. ex Mar.*

مِحَسَّةٌ (*et sine* ة *Meid.*) Strigil quo equus mundatur.

حَسَبَ *F. o.* 1) *n. a.* حَسْبٌ , حُسْبَانٌ , حِسَابٌ , حِسْبَةٌ , حِسَابَةٌ *et* حُسْبَانٌ Numeravit, Computavit *c. a. r.*; 2) *n. a.* حَسْبٌ Suffecit *c. a. p.* b) حَسِبَ *F. i. a.* (*ut* نعم *in duobus efferendi modis*) *n. a.* مَحْسِبَةٌ , حِسْبَانٌ Putavit, opinatus fuit *c. a. r. et c.* ان *verb.* (*in sensu certitudinis et in sensu dubii: Citab Aladhdad*). ما كان فى حِسْبَانى كذا Hoc non putavi (*ne dicas* فى حسابى). c) حَسُبَ *n. a.* حَسَبٌ , حَسَابَةٌ Aestimatus et existimatione conspicuus fuit. II Dedit quod satis erat et contentum reddidit *aliquem*, ut dixerit حسبى *i. e.* sufficit mihi *c. a. p.*; *n. a.* تَحْسِيبٌ Cervical posuit *alicui*;

tum edendum et bibendum dedit, donec saturatus esset *c. a. p.*

III *n. a.* محاسبة Computum inivit *cum alio*, et rationem exegit *c. a. p. et c.* على *r.* IV Contentum reddidit *aliquem c. a. p.*; Satis fuit, Sufficit *c. a. p.* *Dicitur in singulari* مررت برجل احسبك من رجل *et Duali* برجلين احسباك *et Plurali* برجال احسبوك; Multum dedit; Cervical posuit *alicui*, *tum* edendum et bibendum dedit, donec saturatus esset *c. a. p.* V Incubuit cervicali (توسد); Statum et conditionem *alicuius* diligenter perquisivit *c. a. p.*; Petiit *ab aliquo* nuntium *c. a. p.* VIII In computum retulit, computavit; Imputavit, improbavit *c. a. r. et* على *p.* احتسب ابنا له Orbatus fuit filio, *sc.* cum aetate grandior esset (*si parvus fuerit* افترطه *dicunt*); Statum *alicuius* cognovit *c. a. p.* احتسب بكذا اجرا عند الله Dei gratiam hac re petiit. Ad finem pervenit. IX Rufo et albo colore fuit (*camelus*), mixtimque nigro.

حَسْب Res sufficiens; *inde* حَسْبُكَ درهمٌ Dirhemus tibi sufficit; Quique sufficit pro altero, (*et* هذا رجلٌ حَسْبُكَ من رَجُلٍ *hoc pro Sing., Dual. et Plur. usurpatur*); *item* Fideiussor *Gol. ex Mar.*; Quum mortuus sepelitur in lapidibus (حجارة) vel ferali amiculo involutus. حَسْبُ *autem ponitur pro* حَسْبُكَ *vel* حَسْبِى. بحسب Secundum, iuxta, tantum, tantummodo. على حسب Pro ratione. حسبما Quatenus, secundum quod. *Tum quoque* حَسْب *poetae dicunt pro* حَسَب.

حَسَب *et poet.* حَسْب *Pl.* أَحْسَاب Quantitas, mensura, valor; *ita dicitur* ما ادرى ما حسب حديثك. Numerus; *inde dicitur* هذا بحسب ذا Hoc eodem numero est, quam illud; Numeratus; *item* Maiorum merita *vel* nobilitas, *vel* opes *vel* religio; Generositas in agendo, *vel* Actio proba *vel* Nobilitas generis in maioribus, *vel* Animus (بال) *vel* حسب *et* كرم iis quoque esse possunt, qui carent maioribus celebribus; at vero شرف et مجد nonnisi maiorum celebritate contingere possunt. حسبك *i. q.* ايه Macte.

حاسب *Pl.* حَسَبَة Computator, Arithmeticus. *inde* اسرع الحاسبين Senex octoginta annorum.

حِسَاب *Pl.* حُسْبَان Computus. يوم الحساب Dies extremi iudicii. حساب الجُمَّل *ut* حساب الجُمَّل Adhibere litteras ad significandos numeros in computando. اهل الحساب Arithmetici. *Adiect.* Sufficiens *res*; *et Subst.* Res sufficiens; Agmen magnum *de hominibus* (*est forte pro* حزاب).

حِسْبَة *Pl.* حِسَب Computatio; Merces, operae pretium; Munus viri, qui محتسب appellatur; *et* حَسَنُ الحِسْبَة Qui res bene administrat; *item* Quod mortuus sepelitur in lapidibus (حجارة) aut ferali amiculo involutus.

حُسْبَة Nomen quod exprimit habitum vocabuli أَحْسَب.

حَسِيب *Pl.* حُسَبَاء Aestumatus; *et τῷ* حَسَب conspicuus; *item* Vindex illatae iniuriae, *ut* حسيبك الله Vindex tuus est Deus; *et* كفى بالله حسيبا Optimus est Deus vindex.

حِسْبان Coniectura. *Cebet. tab.* 50.

حُسْبان *Coll.* Sagittae breves; Poena; Infortunium; Malum; Pulvis; Locustae; Formicae parvae; Fulmen; Nubes; Cervical parvum; Grando.

حُسْبَانَة *Nomen unitatis praecedentis.*

أَحْسَب Magis aestumatus; Albo rufoque colore distinctus (*camelus*); Crine ruber seu rufus (*homo*); Is cuius cutis alba fit morbo, et cuius crines albi et rubri fiunt; Leprosus; *Dual. et Pl. san. i. q.* حَسْب Qui sufficit pro alio *c.* من *p.*

تَحْسِيب Quod mortuus sepelitur in lapidibus (حجارة) aut ferali amiculo involutus.

مُحْتَسِب *pro quo male* مُحْسِب Praefectus rerum vendendarum, ut venditor iusta utatur mensura *etc.*

مُحَسَّب Cervicali suffultus; *et* Honorifice habitus, honoratus.

مَحْسُوب Numeratus, computatus.

مِحْسَبَة Cervical parvum.

حَسْبَلَة Quando aliquis dicit حَسْبُنَا الله.

حَسْحَس (*conf.* حسّ) 1) Posuit et vertit super prunis *carnem*; *aliis* excussit cinerem *c. a. r.*; 2) Dolorem concepit. II Commotus fuit; 2) Deciderunt et dispersi sunt (*pili ex camelis*).

حَسْحَس Opum omnium iactura, ut nihil restet, *ut in his* لأخلفنه بحسحسه.

الحَسْحَاس Exitio dans, perdens gladius; Vir beneficus et liberalis. *Nonnullis est* Caro non bene tosta.

حَسَدَ *F. i. et o. n. a.* حَسْد, حُسُود, حَسَادَة, حَسِيدَة Invidit *alicui aliquid c. a. p. et* على *r. vel c. d. a.*; 2) Pu-

nivit *aliquem* propter invidiam *Deus c. a. p.* II Invidit *c. a. p.* VI Inviderunt sibi invicem.

حَسَدٌ Invidia.

حَاسِدٌ *Pl.* حُسَّدٌ , حُسَّادٌ *et* حَسَدَةٌ Invidus.

حَسُودٌ *Pl.* حُسُدٌ *Id.*

مَحْسُودٌ Is cui invidetur.

حَسَدَلٌ Ricinus.

جَارٌ حَسْدَلِيٌّ Vicinus, qui alterius res et agendi modum investigat.

حَسَرَ *F. i. Djeuh.* (*Kam. F. i. o.*) *n. a.* حَسْرٌ Retexit *manicam a brachio c. a. et* عن. *In genere* Nudavit membrum *Gol. ex Mar.*; Refluxit et decrevit *mare*; 2) Decorticavit (*ramum*) *c. a. r.*; 3) Scopis purgavit (*domum*) *c. a.*; 4) *n. a.* حُسُورٌ Retecta fuit *res*; 5) *F. i. n. a.* حُسُورٌ Lassus fuit, defecit *camelus alicuius c. a. p.*; 6) *F. i. n. a.* حُسُورٌ Hebetatus fuit defecitque propter longum spatium (*visus*); 7) *n. a.* حُسُورٌ Male habuit; molestiam passus fuit, vilis evasit *Gol. ex Mar.*; 8) Abscidit (*Djeriri Diw.*); 9) *n. a.* حَسْرٌ Propulit (*camelum*), ita ut lassus fieret *c. a.*; 10) Molestia affecit, vexavit *Gol. ex Mar.*; 11) Expertus fuit *Gol. ex Mar.* b) حَسِرَ *F. a.* 1) Lassus fuit; 2) *n. a.* حَسَرٌ *et* حَسْرَةٌ Suspiravit prae dolore, ingemuit *ob rem c.* على *r.*; 3) Irrito coitu fuit nec concepit (*camela*) *Gol. ex Mar.* II *n. a.* تَحْسِيرٌ Despectum reddidit *c. a. p.*; Noxa affecit ut ingemisceret; Decidit pluma *avis c. nom. avis.* IV Propulit (*camelum*) ut lassus fieret *c. a.* V Lassatum fuit (*iumentum*); Suspiravit prae voti impotentia *c.* على *r.*; Exciderunt pili ob lassitudinem (*cameli*); Carne tectum habuit corpus in locis ubi esse debet (*puella*); Valde pingue fuit vere (*iumentum*), et elatior fuit eius gibbus, tum per aliquot dies eo utebantur pro vectura, ut evanesceret caro et compacta fieret reliqua eius pars. VII Nudatus retectusve fuit. X Defatigatus fuit *camelus*.

حَسِرٌ Obtusum habens ac debilem visum.

حَاسِرٌ In bello carens casside et lorica *vel* clypeo; *item et F.* ة *Pl.* حَوَاسِرُ Non obtecta velo *femina. Meid.*; Admissarius, qui inire non vult.

حَسَّارٌ Nomen plantae ei similis quae nomen حزر habet vel ei quae حُرْفٌ appellatur.

حَسْرَةٌ *Pl.* حَسَرَاتٌ Suspirium; *inde* Desiderium, Calamitas.

حَسِيرٌ *Pl.* حَسْرَى Lassus; Camelus fatigatus; Suspirans, gemens; *et* Hebes *visus.*

تَحَاسِيرُ Infortunia. *Jac. Schult.*

مَحْسِرٌ *et quoque* مَحْسَرٌ Rei interior conditio, quam experientia cognoscimus. *Dicitur* كريم المحسر. Modus, Natura.

مُحَسَّرٌ Noxa affectus, despectus; Lassatus.

مِحْسَرَةٌ Scopae.

مَحْسُورٌ Retectus; Lassatus; Hebetatus *visus.*

حُسْرُمٌ Sciaena. *Conf. Forsk. descr. anim. p.* 45.

حسرودار (*al.* جسرودار *et* خسروذاره) Arbor magna cuius lignum حونَّجان appellatur. *Kazw.*

حَسَفَ *F. i.* Mundavit (*dactylos*), sequioribus exemtis *c. a.*; 2) *n. a.* حَسْفٌ , حُسَافٌ Messuit *segetes c. a. r.*; 3) *n. a.* حَسْفٌ Propulit *oves c. a. r.*; 4) *n. a.* حَسْفٌ Inivit *feminam* sub femoribus (دون الفخذين) *Kam.* b) حَسِفَ *n. a.* حَسَفٌ Succensuit *alicui* et asper erga eundem fuit *c.* ل *p.* c) حَسُفَ Vilis, contemtus fuit *homo et res.* II *n. a.* تَحْسِيفٌ Rasit *mystacem c. a. r.* IV Miscuit *dactylos bonos* cum corruptis *c. a.* V Evulsi sunt (*pili*) et circumvolarunt. VII Comminuta et in plures partes fracta fuit *res.*

حَسْفٌ Spina; Nubis tractus; Sonus, quem edit serpens.

حَسِيفٌ Sonus, quem edit serpens; In petra effossus, cuius aqua nunquam desinit propter copiam *puteus.*

حَسْفَةٌ Ira, inimicitia; Tenuis nubes.

حُسَافَةٌ Quod de dactylis corruptis decidit reiiciturve; Ira, inimicitia; Pauca aqua; Reliquiae cibi; Quod limando decidit de argento (*conf.* حسالة).

حَسِيفَةٌ Ira, indignatio; *et* رَجَعَ بِحَسِيفَةِ نفسه *i. e.* Desiderium animi non explevit; Quod vile et nihil in se boni habet (*Gol. ex Mar.*).

مُتَحَسِّف Is qui omnia comedit, aliis nil relinquens.

حِسْفِل Pravus (*de omni re*); Parvi puerorum (*et hoc cum vocalibus Fatha* حَسْفَل).

حِسْفِل Amplo ventre praeditus.

حِسْقِل Parvus (*de omnium animalium pullis*).

حَسِكَ 1) Iratus fuit *erga aliquem c.* على *p.*; 2) Voravit hordeum *iumentum. conf.* حسيكة. IV Hordeum dedit vorandum *iumento c. a. p.*

حَسَكٌ Planta, cuius fructus adhaeret lanae ovium. Eius folium simile est folio plantae رِجْلة, aut tenuius est. Apud folium sunt spinae compactae, durae, unde tres propagines exeunt. *Qualis eius in medicina usus sit, a Kamusi auctore describitur.* (*Reiskius ad Rhazae librum* „tribulum" *eam appellat*); 2) Plantae حسك formam referens instrumentum bellicum ex ferro aut arundine confectum, quod circa exercitum ad eum tuendum collocatur; 3) Odium, inimicitia.

حَسِكٌ Iratus.

حَسْكَةٌ Odor, inimicitia.

حَسِيكٌ Brevis.

حَسَاكَةٌ Odium, inimicitia; 2) Rancor. *Reisk. ad Gol.*

حَسِيكَةٌ Odium, inimicitia; 2) Herinaceus; 3) Hordeum, quod iumento vorandum datur.

حِسْكِك Herinaceus.

حَسَاكِكُ Parvi (*de omnibus rebus*).

حَسْكَلَ Mactavit parvos suos camelos.

حَسْكَل Pravus (*de omni re*).

حِسْكِل *Pl.* حَسَاكِل Pullulus, foetusve parvus *de omnibus*; 2) Ferri partes, quae circumvolant, quando cuditur.

حِسْكِلَةٌ Pullus parvus (*de omnibus animalibus*). الحسكلتان Testiculi.

حَسَاكِلَة Parvi *milites*.

حَسَلَ 1) *n. a.* حَسْل Vehementer propulit; 2) Reliquit ab eo partem *sequiorem c.* من *r.*; 3) Vilem habuit despexitve *c. a.* II Abiecit (*se ipsum*); Tanquam vilem se gessit *c.* بنفسه *Djeuh. Pass.* In contemtum venit *c.* به *Djeuh.* VI Venatus fuit, cepit animal حِسْل *c. a.* VIII Venatus fuit animal حِسْل *c. a.*

حَسْل Fructus arboris سدر iam viridis.

حِسْل *Pl.* حُسُول, حِسَلَة, حِسْلَان *et* أَحْسَال Foetus crocodili (ضب) terrestris, cum primum ex ovo prodiit; *unde* أَبُو حُسَيْل *et* ابو الحِسْل Crocodilus ille, *sc.* lacerta Lybica; *et* لا اتيك سِنَّ الحِسْل Haud veniam unquam ad te: *quia ille dentes non mutat.*

حَسِيل (*Fem. c.*ة *ex Azmai sententia*) Vituli (*caret singul. Djeuh.*). *Pl.* حَسَايِل Agmen boum domesticorum *Dic. Huds. Kam.* Vacca *Domair.*; *sed potius* حسيل *Coll. et* حسيلة *nomen unitatis. Pl.* حُسُل Pars sequior *rei.*

حُسَالَة Argentum, *vel* Id quod limando ab eo decidit; Res sequior quae decidit, excidit, abiiciturve: *ut cortices hordei vel oryzae*; Faeces gentis. *Conf.* حثالة.

حَسِيلَة Dactyli sequiores, dulcedinis expertes, qui siccati et aqua vel lacte macerati cum aliis bonis subiguntur, ut dulces fiant, tum eduntur buccellis. Sequiores populi.

مُحْسُول Sequior; despectus.

حَسَمَ *F. i. n. a.* حَسْم 1) Secuit, resecuit *c. a.*; 2) Secuit tum ussit, ne effflueret sanguis, *venam c. a. r.*; 3) Resecuit *morbum* remedio *c. a. r.*; 4) Impedivit *aliquem ab aliqua re c. d. a.* VII Resectus, amputatus fuit.

حُسَام Acutus gladius; *vel* Acies eius; Perennis (*nox*).

حُسُوم Infaustae *noctes*, quasi bonum omne praecidentes. *Verba vero Corani* ثمانية ايام حسوما (*Sur.* 69, 7) *ab interpretibus explicantur* Consequentes dies. *Dicitur* أَيَّام حُسُوم *et* أَيَّام حُسُوم.

حِسْمَى (*videtur nomen propr.*) Terra in deserto, ubi sunt alti montes vix unquam a pulvere liberi.

حُسْمِي Multis crinibus praeditus.

خَيْسَمَان Crassus, fuscus *vir*.

مُحْسِمَة Res praecidens aut cauterizans; Id quod morbum resecat, cessare facit.

مَحْسُوم Mali nutricatus vel incrementi (*infans*); Infans, qui non amplius lactatur.

حَسَنَ *et* حَسُنَ (*et* حَسْنَ *efferre licet*) Bonus, pulcher, elegans fuit. II Pulchrum reddidit *aliquem Deus c. a. p.* III Bene tractavit et egit *c. a. p.*; De pulchritudine certavit. IV Bonum fecit, probe egit, *et* benefecit *c.* ب *p.* *vel c.* الى *p.*; Pulchrum reddidit; Bene calluit *c. a. r.*; Placet alicui, *facere c.* أن *verbi. Tochf. Ichwan p.* 144. In colle arenaceo alto consedit (*conf.* حسن). X Bonam pulchramque censuit *rem*, approbavit *c. a. r.*

حُسْن *Pl. irreg.* مَحَاسِن Pulchritudo; Os, cum cubito cohaerens.

حَسَن *Fem. c.* ة *et dicitur coniunctim* حَسَن بَسَن Pulcher, elegans; Arbor pulchrum adspectum praebens; Os cum cubito cohaerens; Collis arenaceus altus.

حُسُن Loca corporis pulchra.

حاسِن Pulcher.

حُسَّان *Pl.* حُسَّانُون *Id.*

حَسَنَة *Pl.* حَسَنَات Bonum opus, benefactum.

حِسْنَة Merces praemiumque operis *Gol. ex Mar.* *Pl.* حِسَن Prominentior pars montis.

حَسِين *Pl.* حِسَان Pulcher.

حُسْنَى *Pl.* حُسْنَيَات *c. artic.* Bona actio, benefactum et virtutes; *dicitur enim* فيه الحسنى. Status bonus; *et* Finis, eventus pulcher; Respectus ad Deum; Victoria in bello; Quam quis oppetit mors honesta. حُسْنَيَان Victoria et martyrium. اسماء حسنى Nomina sancta 99 quibus attributa Dei designantur. *conf. Relandi De relig. Muham. p.* 8.

حَسْنَاء (*caret Masc.*) Pulchra (*femina*).

حُسَّان Valde bonus et pulcher: *Fem.* حُسَّانَة *Pl.* حِسَان *et* حُسَّانَات.

حَسُون Avis versicolor e passerum genere. Eius color ex rubro, flavo, caeruleo viridique est compositus. *Apud Hispaniae incolas* ابو الحسن; *apud Aegyptios* ابو سقايه *vel* ابو زقايه *appellata.* Docilis est. *Domair.*

حُسَيْنَاء Arbor foliis parvis praedita.

حُسَيْنَاهُ أن يفعل كذا : حُسَيْنَاهُ *et c. Medda i. q.* قُصَارَاهُ.

أَحْسَن *Comp. vocis* حسين; *sed non ut Adi. ut dicatur* رجل احسن *sed ut Subst.* الأَحْسَن. *Plur.* الأَحَاسِن *et* أَحَاسِنُ القومِ *idem est ac* حسان القوم.

أُحَيْسِن *Formula deminutiva, qua in admirando utuntur:* ما أُمَيْلِحَ زَيْدًا وما أُحَيْسِنَهُ Quam venustus et quam pulcher est Zeidus!

تَحَاسِين (*Pl. a* تحسين) Pulchrae res; *inde* كتاب التحاسين *est contrarium eius, quod* مشق *dicitur.*

الحُسَيْنِي Modus musicus quidam (*ut videtur a musico* حسين).

مُحْسِن Benefaciens; Pius; Bene sciens, *ut* هو محسن الشى Hic guarus rei est, eam bene tractat.

مُحْسَان Benefactor.

مَحَاسِن Benefacta, benemerita; Loca corporis pulchra (*aut caret singulari aut est* مَحْسَن *Kam.*).

مُحَسَّن Pulchra (*facies*).

حَسَا *n. a.* حَسْو Bibit *avis aquam c. a. r.* (*ne dicas de ave* شَرِبَ); Sorpsit (*iusculum*); *et* Sensim bibit *c. a.* II Sorbendum dedit *iusculum c. d. a.* III Sorbendum dedit *c. a. p. et rei.* IV Sorbendum dedit *iusculum c. d. a.* V Sorpsit *iusculum homo c. a. r.* VI Simul sorpserunt. VIII Sorpsit (*iusculum*), sensim bibit *c. a. r.*

حَسًا Id quod sorbetur.

حَسْو *Id.*; *et* يوم كحسو الطير Brevis dies.

حَسَاء *Id.*; *et* Sorbitio.

حَسُو Id quod sorbetur; Sorbilis cibus; *pecul.* iusculum cum farina paratum; Qui multum sorbet.

حَسْوَة Sorbitio una.

حُسْوَة *Pl.* حُسًى, أَحْسُوَة *et* أَحْسِيَة *Pl. Pl.* أَحَاسِى Res pauca sorbilis, *et* Sorbitio una (*magis elegans in hac significatione est* حَسْوَة).

حَسِيَّة Id quod sorbetur.

حَسَى 1) Effodit locum حسى appellatum ut inde aqua hauriretur *c. a.*; *et* 2) *interdum cum derivatis pro* حسا Sorpsit. b) حَسِىَ (*fortasse pro* حسّ) Cognovit *id quod erat in animo c. a. r.* VIII Effodit locum حسى appellatum, ut inde aqua hauriri posset.

حِسْى *ut*

حِسْىٌ *et quoque* حَسْىٌ *Pl.* حِسَاءٌ , أَحْسَاءٌ Terra plana, in qua restagnat aqua, *vel* Terra dura, arena obtecta, ubi pluviae aqua confluit, ut quotiescunque situlam extrahas, statim pro altera aquae copia sufficiens adsit. Puteus in arena effossus, cuius fundus haud remotus est.

المُحَسَّاةُ Muscus aquaticus in cisternis (ثَوْرُ النُّضُوحِ).

حَشَّ *F. o. n. a.* حَشٌّ 1) Accendit (*ignem*) *c. a.*; 2) Exaruit (*in utere infans*), exaruit *manus*, exaruit (*parvus palmae surculus*); 3) Avidum reddidit, *quasi* cupidine incendit *Gol. ex Mar.*; 4) Celeriter cucurrit (*equus*); 5) Statum *alicuius* meliorem reddidit *c. a. p.*; Multiplicavit, confirmavit (*opes*) *c. a. r.*; 6) Dedit *alicui camelum c. d. a. vel c. a. p. et* ب *r.*; Ab utroque latere, ut exeundi locus non esset, cinxit (praedam) *c. a.*; 7) Resecuit (*herbam foenumve*) *c. a.*; 8) Porrexit foenum *equo c. a. p.*; *inde Proverb.* أَحُشُّكَ وتَرُوثُنِى *ei dicitur* Qui malum pro bono accepto rependit; *item* 9) Alis instruxit (*sagittam*) *c. a. Djeuh.*; 10) *in Pass.* Extensum lateribus fuit (*dorsum cameli*). *Dicitur* قد حُشَّ ظهره بجنبين واسعين. IV Ad festinationem impulit *ut omitteret rem sibi necessariam c.* عن حاجته; Pabulum demessuit *c. a.*; Potuit resecari *pabulum*; Arescentem in utero foetum habuit (*mulier*); Exaruit (*manus*); Effecit pinguedo ut tarsos haberet graciles (*camela*) *c. a. camelae.* VIII Quaesivit et collegit (*foenum*); Foenum posuit *in aliqua re*; Exaruit foenum *Reisk.* X Exaruit (*manus*); Pinguedo effecit, ut tarsi camelae graciles esse viderentur *c. a. camelae*; Sitivit; Longus fuit (*ramus*); Effecit *lacertus* (ساعد), quum magnus esset, ut eius *manus* (كف) brevis esse videretur (*c. a. manus*).

حَشٌّ *Pl.* حُشُوشٌ *et* حُشُونٌ Hortus; *et tum* Latrina (*quia in hortis alvum exonerabant*); 2) *Pl.* حِشَّانٌ Palma parva nec rigata neque culta.

حُشٌّ Hortus, palmetum; *et tum* Latrina. *Dicitur quoque* أَلْحَقُ الحشّ بالاش *conf.* حس.

حُشٌّ Hortus; *et tum* Latrina; 2) Foetus in utero matris mortuus.

حِشَاشٌ Saccus in quo foenum est; Latus. حشاشان Duo latera *de qualibet re.*

حُشَاشٌ Reliquiae vitae, extremusque eius spiritus in aegroto et vulnerato. يوم حشاش Dies quidam celeber apud Arabes.

حُشَّةٌ *Pl.* حُشَشٌ Magnum sacellum (قُبَّةٌ عظيمة).

حَشِيشٌ *Pl.* حشايش Herba, *pecul.* siccior: *scil.* Pabulum siccum, foenum (*ut* رطب viride et recens); Pulvis foliorum cannabis, ex quo paratur electuarium inebrians, *quin hoc ipsum Gol.* Embryo mortuus; abiectus *Harir.*

حُشَاشَةٌ *i. q.* حُشَاشٌ.

حَشَّاشٌ Homo qui bibit potum ex herbis حشيش paratum (*vox serioris aetatis in libr. mille et un. noct.*).

حُشَّاشٌ Pabulatores.

حُشَاشَا *nempe* حشاشاك ان تفعل كذا *idem est quod* قصاراك.

حَشِيشَةٌ *nom. unit. a* حَشِيشٌ Herba. *Beith.* ابو حشيشة Oesophagus, *proprie* bruti pascualis. *Afr.*

حَشَّاشَةٌ Pabulatores. *Conf.* علافة *Vit. Salad. p.* 129. 193. 203.

حَشَّايشِىٌّ *Pl. san.* Pabulator, foeni collector *Gol. ex Mar.*; Scriptor de re herbaria.

مَحَشٌّ Locus foeno abundans; Locus bonis commodisque scatens; Locus, ubi merda humana collecta est.

مِحَشٌّ Id in quo foenum reponitur (*sed melius est* مَحَشٌّ *et* مِحَشَّةٌ); Saccus pabulatorius *Meid.*; Instrumentum quo resecatur foenum (*et* مَحَشٌّ *sed praeferendum est* مِحَشٌّ); *et* Rutabulum ferreum, quo commovetur ignis. هو محش حرب Is belli ignem incendit, et belli perquam gnarus est; *et* نعم محش الكتيبة O strenuum ducem; *item* Terra multum foenum habens; Strenuus; Locus, ubi merda humana collecta est.

مُحِشٌّ Cui in utero foetus exarescit (*mulier*).

مَحَشَّةٌ *Pl.* مَحَاشٌّ (*conf.* محسة) Podex; Locus stercoris مبعر *de iumentis*; Terra multum foenum habens.

مِحَشَّةٌ Rutabulum; Id in quo foenum reponitur.

مَحْشُوشٌ Turgida latera habens (*camelus*).

مُسْتَحِشَّةٌ Cuius tarsi partes tenuiores graciles sunt propter magnitudinem corporis et multitudinem carnis *camela*.

حَشَا 1) Percussit *scutica* in latere et ventre *aliquem c. a. p. et* ب *instr.*; Interiores *ventris* partes laesit *sagitta c. a. p. et* ب *instr.*; 2) Inivit *feminam c. a. p.*; 3) Accendit *ignem c. a. r.*

مِحْشَأٌ *et* مِحْشَأَةٌ Vestimenti genus crassi aut albi: parvum est, cingitur eo medium corpus; *aut* Succinctorium quo se ab omni parte tegunt.

حَاشِبٌ *Pl.* حَوَاشِبُ Distentum ventrem habens *Diw. Huds.*

حُوشَبٌ Lepus; Vitulus; Vulpes (*mas*); *F.* 8 Ventre tenui praeditus; *et contra* Magno ventre praeditus, *vid.* حشو; Nexus tarsi partis وظيف appellatae in tarso (رمغ) *in iumentis*; *vel* Os in interiore parte ungulae (حافر) inter tendinem (عصب) et partem tenuiorem tarsi (وظيف) appellatam, *vel* Os parvum ut id quod سُلَامَى appellatur, inter caput partis tenuioris tarsi وظيف et ungulae locum (مُسْتَقَرّ الحافر), *vel* Os tali; Multitudo, agmen.

حَشِيبٌ Vestis telave grossior.

أَحْشَبَ IV Ad iram incitavit *c. a. p.* VIII احتشبوا Collecti, congregati fuerunt.

حَوْشَبَةٌ Multitudo, agmen.

حَوْشَبِيٌّ Magnum ventrem et distenta latera habens (*Diw. Huds.*).

حَشْبَلَةٌ *i. q.* حَشْبِلَةٌ, *aut unum horum est vitium.*

حَشْحَشَ *et* تَحَشْحَشَ Dispersus et commotus fuit.

حَشَدَ *F. i. n. a.* حَشْدٌ Convenerunt *Djeuh.*; *F. o. i.* 1) Congregavit *Kam.*; 2) Collectum habuit *lac in ubere* (*camela*); 3) Provenit, progerminavit tota (*planta*); 4) Promti fuerunt ad mutuum auxilium; *vel* Advocati celeriter advenerunt adnuentes, *vel* Congregati fuerunt ad unam eandemque rem peragendam; 5) حشده بسهم Celeriter sagitta petivit et in cute vulneravit eum. *Reisk. nisi potius est* حشأ. II Congregavit. IV Convenerunt ad unam eandemque rem peragendam. V Convenerunt *Djeuh.* VI Convenerunt ad unam eandemque rem peragendam. VIII Convenerunt ad unam eandemque rem peragendam; Auctus fuit numero. *Reisk.* X Convenerunt.

حَشْدٌ Agmen; Perennis (*fons*).

حَشَدٌ *Pl.* حُشُودٌ Agmen (*hominum*).

حَشِدٌ Is qui neque studium, neque auxilium, neque divitias apud se ipsum relinquit. وَادٍ حَشِدٌ Vallis, in qua quum solum sit durum, aqua ex minima pluvia fluat (quia solum nil absorbet). عين حَشِدٌ Fons perennis.

حَاشِدٌ Paratus, promtus, *ut in his* جاء فلان حافلا حاشدا; Qui non fit languidus in mulgendis camelis; Racemus dactylis multum onustus.

حَشَادٌ Terra in qua aqua ex multa (quum solum sit molle et absorbeat aquam) (*Djeuh.*, vel ex multa aut ex minima *Kam.*) pluvia fluit.

حَشُودٌ Lac in uberibus cito colligens (*camela*); Quae statim post primum initum concipit *camela*.

مَحَاشِدُ Loca celebriora. *Reisk.*

مُحْتَشِدٌ Paratus, promtus, *ut in his* جاء فلان محتفلا محتشدا; Is qui neque studium, neque auxilium neque divitias apud se ipsum relinquit.

مَحْشُودٌ Is in cuius servitio homines promti.

حَشَرَ *F. o. et i. n. a.* حَشْرٌ Congregavit; *et inde* Resuscitavit a mortuis; 2) Exacuit, attenuavit, concise et eleganter formavit; 3) Perdidit, exitio dedit *gregem annus c. a.*; 4) Propulit e sede et patria sua *aliquem c. a. p.* b) حَشِرَ 1) Mortuus fuit; 2) حَشِرَ فى ذَكَرِهِ حَشِرَ فى رأسه وبَطْنه Penis et venter eius crassi sunt. Permagnum et crassum habuit caput *homo*. VIII أَحْتَشَرَ *c.* فى رأسه Permagnum et crassum habuit caput *homo*.

حَشْرٌ *Pl.* حُشُرٌ Congregatio; Agmen. يوم الحشر Extremi iudicii dies *a congregando*. *Sing. Dual. et Plur.* Subtilis et elegans (*auris vel ala sagittae*). *Dicitur* اذن حشر, اذان حشر ; اذنان حشر; Tenuis atque acuta (*cuspis*).

حُشْرٌ Res quae cribrando secernitur, furfures.

حَشَرٌ Magnitudine mediocris *uter*; Attenuata *sagitta*, *Diw. Huds.*

حُشَرٌ Res quae cribrando secernitur, furfures (*hoc minus bene quam* حُشْر).

الحاشِرُ Nomen prophetae Muhammedis.

حَشَرَةٌ *Pl.* حُشُرٌ Granum circumdans cortex; Praeda (venationis), omnis, *aut* magna, *aut* ea, quae editur; *item Pl.* حَشَرَاتٌ Quadrupedes *vel* reptilia (هوام) terrae parva. *Domair.*; Terrae fructus *ut* gummi *etc.*

حَشْوَرٌ *Pl.* حَشْوَرَةٌ Reptilia compressa et valida constitutione corporis formata.

حشارة Faeces *gentis. Citab Alaghani.*

حَشْوَرَةٌ Duobus lateribus inflati (*equi*); Vetula elegantem et comtam se gerens et avara; Mulier ventriosa.

مَحْشَرٌ *et* مَحْشِرٌ Locus congregationis.

مَحْشُورٌ Pennis instructa *sagitta* vel cuius pennae adfixae. *Diw. Hudseil.*

حَشْرَجَ In gutture vocem seu spiritum reciprocavit, *pecul.* in agone mortis; *et* rudendo (*asinus*).

حَشْرَجٌ Amphora gracilis; Fons in glareosa terra; Scrobs in monte ubi subsidendo depuratur aqua; *Coll. nom. unit. c.* ة Lapides molles ut frustum luti; *sec. nonn.* Glarea.

حَشْرَجَةٌ Vocis reciprocatio in agone mortis; Vocis reciprocatio in rudendo asini.

حِشْرِمَةٌ Foveola inter labium superius et nasum *Gol. ex Mar.*

حَشَطَ *n. a.* حَشْطٌ Sustulit *rem* e loco alterius *c. a. r.*

حَشَّفَ *n. a.* تَحْشِيفٌ Palpebras *oculorum* contraxit et ex interstitiis *ciliorum* intuitus fuit *c. a. oculi.* IV Viles pravosque dactylos habuit (*palma*), *conf.* حشف. V Tritam induit vestem *Gol. ex Mar.* X Tritam induit vestem; *et* Exaruit et corrugatum fuit *de ubere auribusque.*

حَشْفٌ Panis siccus.

حَشَفٌ Dactyli vilissimi, *vel* infirmi et osse destituti, *vel* aridi corrupti dactyli; *et quoque* حَشَفٌ Uber ariditate corrugatum.

حَشَفَةٌ Id quod supra circumcisionis locum in membro virili est, glans penis, Segetis radices, quae remanent post messem; Vetula provectae aetatis; Fermentum siccum; Ulcus prodiens in faucibus hominis vel iumenti. *Plur.*

حشَافٌ Petra mollis, quam planities circumdat, *vel* Petra in mari proveniens

حَشَفَةٌ Aridus, vilis dactylus.

حَشِيفٌ Trita *de vestibus.*

حُشَافَةٌ Aqua pauca.

مُحْشَافٌ Palma viliores ferens dactylos. *Jac. Schult.* (*sed potius est adiectivum, conf. Djeuh. sub voce* عر).

مُتَحَشِّفٌ Trita veste et lacerata tectus *vir.*

حَشَكَ *F. i. n. a.* حَشْكٌ (*apud poet.* حَشَكٌ), حُشُوكٌ 1) Lac in ubere collegit *camela c. a. lactis, conf.* حشد; 2) Non mulsam reliquit *camelam*, ut lacte repleta essent ubera *c. a. camelae*; 3) *i. q.* حشد Convenit et simul congregatus fuit (*populus*); 4) *n. a.* حَشْكٌ Multum pluit *coelum*; Multum aquae habuit (*nubes*) *Kam.*; 5) Multis dactylis onusta fuit (*palma*); 6) Supervenit anhelatio *animae c. nom. animae*; 7) Durus fuit (*arcus*). b) حَشَكَ Hordeum in sacco appensum voravit (*iumentum*). IV In sacco appendit hordeum ut voret *equo* (*c. a. equi*). VIII Lactis plenum fuit (*Diw. Huds.*).

حَشَكٌ Magna lactis copia in ubere, *vel* Celeritas collectionis lactis in ubere; Vehementia agonis mortis (نزع).

حَاشِكٌ Multis dactylis onusta (*palma*); Ovis lacte abundans. *Reisk.*; Durus *arcus*; Unus alterum sequens; *ita dicitur* جاوا حاشكا.

حِشَاكٌ Lignum, quod haedi in ore positum et in cervice religatum prohibet a lactendo (*ita in Djeuharii opere ex Ibn-Doraidi sententia; in Kamuso est* حشاكة).

حَشْكَةٌ Pluvia uberior, quam بغشة.

حَشَكَةٌ Agmen totum; *ita* جاوا بحشكتهم Omnes venerunt.

حَشُوكٌ In uberibus colligens lac (*camela*).

حِشَاكَةٌ Lignum, quod ligatur in ore hoedi, ne sugat.

حَوْشَكَةٌ Sonus qui auditur in tractu quodam domus; *ita dicitur* سمعت حوشكة.

حَوَاشِكُ A diversis cardinibus flantes, *aut* vehementes *aut* lenes (*venti*).

حَشِيكَةٌ *i. q.* حسيكة (*ex Abu-Saidi sententia*).

حَشَلَ *n. a.* حَشْل Vilipendit *c. a. r.*

حَشْل Vilis *de omni re.*

حَشِيلة Domestici.

مُحَشْلِبَة Sphaerula vitrea, quae pro margarita adhibetur (*unächte Glasperle*). *Citab Aladhdad.*

حَشَمَ *F. o. et i.* 1) Molestia affecit, dicens quod aegre audiret alter *c. a. p.*; Pudore affecit *c. a. p.*; Ira affecit *c. a. p.*; 2) Edit (*cibum*); 3) Invenit *praedam venator c. a. r.*; 4) *F. i. n. a.* حُشُوم Pingue evasit post maciem, et bene habuit se (*iumentum*); In primo veris tempore pingue evasit, ut magnum ventrem haberet; 5) *n. a.* حُشُوم Lassus fuit. b) حَشِمَ *F. a.* Iratus fuit. II Molestia *et* Ira affecit *c. a. p.*; Dixit quod aegre audiret alter; Pudore affecit *c. a. p.* III *n. a.* مُحَاشَمَة Iratus fuit *contra aliquem.* IV Dixit quod aegre alter audiret, et ita molestia affecit *c. a. p.*; Ira affecit *c. a. p.*; Pudore affecit *c. a. p.*; Magnifice et reverenter habuit; reveritus fuit *c. a.* V Pudore affectus fuit, puduit *c.* من *r.* VIII Pudorem concepit *c.* من *vel* عن *p. et c. a. p. maxime* prae reverentia; Reveritus fuit; Multum famulitium, multosve assedas et clientes habuit (*Gol. ex Mar.*).

حَشَم *Sing. et Plur.* Personae alicuius adscripti *ut* uxores servi vel vicini (*conf. Hamas. p.* 514); Familia et propinqui; Res petita et quaesita *ab aliquo.*

حُشُم Admodum pudibundus.

حِشْمَة Irasci; pudore affici; magni famulitii dominum esse.

حِشْمَة Pudor, verecundia, reverentia; Quod quum apud te sedet homo, tu eum noxa afficis, et verba profers quae non amat, *hoc quoque* حُشْمَة; Res petita quaesita *alicuius.*

حَشَمَة Personae alicuius adscripti *ut* uxores, servi, vicini.

حُشُمَة Mulier; Clientela; Propinquitas.

حُشُوم Lassitudo; Pudor; Res petita et quaesita (*ab aliquo*).

حَشِيم Multum reverendus *vir.*

حَشَمَة Vicini, hospites.

أَحْشَم Admodum verecundus.

أَحْشَام Personae alicuius adscripti *ut* uxores, servi *aut* vicini.

مُحْتَشَم Multum reverendus *vir.*

حَشِنَ *n. a.* حَشَن Male oluit (*uter*), sordibus lactis inquinatus, quum in eum non purgatum saepissime lac fudissent. IV Multum adhibuit *utrem* haud purgatum, lac indens, ut male oleret et sordes in eo essent *c. a. r.*

حَشَن Spurcities vasis a pinguedine lactis orta.

حِشْنَة Malevolentia, odium.

حَشَّان Horti arboribus consiti. *Vid.* حشش.

تَحَشُّن Quaestus, lucrum.

مُحَاشَنَة Probrosa allocutio.

مُحْشَن Iratus, iracundus.

حَشَا *n. a.* حَشْو 1) Replevit, farcivit *aliquid c. a. r.*; 2) Attigit et laesit viscera *alicuius c. a. p.* III فما أدّى

اجلّه ولا حَاشَاهُ Neque magnum neque parvum camelum ei dedit, quum ad eum venisset. V Farctus fuit. VIII Repletus fartusque fuit; Stipavit pudenda sua tomento peniculove (*femina*) ad excipienda menstrua; *Farcto imposito* speciem mammarum magnarum et natium praebere studuit *mulier c. a. vel c.* ب; Venit *ad aliquem.*

حَشًا *Pl.* أَحْشَاء Membrum occultum *sc.* Viscera, praecordia; Tractus, regio.

حَشْو Farctum, *ut cervicalis etc.*; *inde* Superflua pars sermonis, *in arte rhetorica idem quod* اعتراض *vel* huius species; *nempe* sententia intermedia, quae nil refert ad sensum totius perficiendum *exempl. gr. in hoc Corani* لقسم لو تعلمون عظيم *verba* لو تعلمون *Harir. p.* 14 *et* 584. *Sed quum verba ita sunt instructa, ut toti sententiae magnum roborem addant, nomen iis tribuitur* حشو تنفيف - *vel* حشو اللوزينج *p.* 74 *ibid. In arte metrica* Ea pars versus, quae inter primum et ultimum pedem tam in uno quam in altero hemistichio est; Cameli parvi, inter quos nulli magni; Sequiores et ignobiles homines, inferiorisque conditionis; Anima viri.

حِشْوَة Interanea ventris *sc.* intestina *Djauh.* ما أكثر حِشْوَة أرضه Quam multae sunt silvae et arbores perplexae terrae eius *Kam.* حِشْوَة Sequiores et ignobiles homines, inferiorisque conditionis, *ut in his* فلان من حِشْوة بني فلان *Djauh.*

حَشَاةٌ : أَرْضٌ حَشَاةٌ Terra nigra, in qua nil boni. *Pl.* حَشًا *sec. nonn.* Interiores montium et vallium tractus. *Diw. Hudseil.*

حَاشِيَةٌ Cameli parvi et pessimi.

حَشِيَّةٌ *Pl.* حَشَايَا Stratum farctum: ut lectus in quo sedetur. *Pl.* حَشَايَا Farctum quod subditur ad mentiendas ampliores mammas vel nates; *ita ut facere mulieres macilentae solent.* Vestis, quae lana aliave re farcta est. *Antarae Moall. v.* 21 *schol.*

مَحْشًى Locus cibi in ventre.

مِحْشًى Farctum quod subdit ad mentiendas ampliores mammas vel nates *mulier.*

حَشِيَ *n. a.* حَشًى 1) Altius difficiliusque spiritum duxit; Asthmate laboravit; 2) Pellicula et lacte intus obductus conspurcatusve fuit, ut male oleret (*uter*). II Limbo ac margine munivit (*vestem*); Notis marginalibus conscripsit *c. a. Gol. ex Mar.* III Excepit ab aliorum numero *aliquem c. a. p. et* من *Kam.* حُوشِيَ أن *c.* Absit, ut. V Excepit ab aliorum numero *aliquem c. a. p.* Dixit حاشا absit *c.* من *p.*; Erubuit *propter aliquem vel aliquam rem c.* من. VI Remotus fuit, abstinuit *ab aliqua re c.* من *r.*

حَشًى Viscera ventris *scilic.* quae sub parte حجاب appellata sunt, iecur, splen et ventriculus animalis ruminantis (كرش) et quae has sequuntur partes *vel* quae sunt inclusa a costis brevissimis, quae sunt in extremo latere usque ad coxam (ورك), *vel* usque ad exteriorem ventrem (شاكر البطن) et eam partem, cui حصن nomen est. *Kam.*; Ex alto ducta anhelatio. *Pl.* أَحْشَاءٌ Tractus. أنا في حَشَاهُ Ego in eius regione sum.

حَشٍ *F.* حَشِيَةٌ Anhelus.

حَاشَا Thymum herba; *item* Praeter, praeterquam *c. a. vel c. genit.*, *et* Absit: حاشا لك *et* حاشاك Absit a te; *et sicut Latini dicunt*, salva tui reverentia. حاشا لله *et* حَاشَ الله Avertat Deus; ne permittat ille. (*Non consentiunt in eo grammatici Arabum num pro verbo an pro adverbio habendum sit. conf. Djeuh. opus.*)

حَشِيٌّ Cuius radix corrupta et putrida, *vel* arida evasit (*de planta*).

حَشْيَانُ *F.* حَشْيَا Multum anhelans; Is cuius venter propter cursum vento impletus est, ut multum anhelare coactus sit.

حَاشِيَةٌ *Pl.* حَوَاشِي Ora vestis *vel* alius rei; *inde* Domestici, asseclae; Tractus, umbra *viri*; Protectio; Margo libri; Nota seu glossa marginalis; *in Duali cum Articulo* Camelus annicula et bima. رقيق الحواشي Commoda, commodisve affluens *vita.*

مُحَشًّى Qui post se insequentes alios habet; *unde* أرنب محشية الكلاب Lepus, quem insequuntur canes, donec eum attingunt.

مِحْشَاةٌ *Pl.* مَحَاشٍ Amiculum hirsutum. *Djeuh. ex Alazmai sententia.*

مُحَشًّى Marginalibus notis conscriptus. *Gol. ex Mar.*

حَصَّ *F. o. n. a.* حَصٌّ 1) Celeriter ivit; 2) Rasit *crines c. a. r.*; Capillo hic illic caput nudavit *galea c. a.*; 3) Fuit portio *eius rei alicui c. a. p. et* من *r.*; 4) ما تحص Neminem ille in tutelam recipit et defendit. II *n. a.* تحصيص Distincta fuit et manifesta *res.* III Portionem partitus fuit, alteri dedit donavitque portionem. IV Dedit portionem suam *alicui c. a. p.*; Removit *a re c.* عن *r.* VI Portiones inter sese partiti sunt et distribuerunt. VII Defluxit (*capillus*). أَفْلَتَ وانحصّ الذنب *Proverb. quo utuntur* quum aliquis interitui imminuit, tum salvus evadit.

حُصٌّ Capillus, qui defluit; Cauda quae abscissa fuit.

حُصٌّ *Pl.* حُصُوصٌ Memecylon tinctor. (ورس); *vel* Crocus; *et* Margarita.

حَصَصٌ Paucitas raritasque comae.

حَصَّاءُ *c. art.* Annus sterilis, in quo nil boni est; Infelix (*de femina*); Purus sine pulvere (*ventus*).

حُصَاصٌ Vehementia et velocitas cursus; Cum sublatis auribus et commota cauda se in cursum effundit asinus; *sec. al.* Crepitus ventris. أَفْلَتَ وله حصاص Vix e periculo evasit. *sec. nonn.* Morbus, quo crines afficiuntur; Scabies.

حِصَّةٌ *Pl.* حِصَصٌ Portio.

حَصِيصٌ Paucis pilis iis scilicet quibus ثنة nomen est praeditus *equus*; Rasus (*capillus*); Numerus.

خَاصَّةٌ Morbus quo defluunt capilli. *Dicitur* القى الله فى راسه الحاصة; *tum* بَيْنَهُم رَحِمٌ حَاصَّةٌ *i. e.* مَحْصُوصَةٌ *vel* ذَاتُ حَصٍّ Propinquitas vel amicitia inter ipsos rupta est.

حُصَاصَةٌ Uvae remanentes in vinea post vindemiam.

حُصَيْصَةٌ Pili progerminantes super extremitatibus ungulae equi.

أَحَصُّ *Fem.* حَصَّاءُ *Pl.* حُصٌّ Rariore praeditus coma *vir*; Raras in ala pennas habens (*avis*); Infaustus *vir.* الأحصّ Dies sereni coeli et solis splendentis; Gladius in quo vestigia non sunt, bene politus; *in Duali* الاحصان Servus et asinus; *quod eorum pretium cum aetate continuo diminuitur*, *donec moriantur.*

حَصَا *et* حَصِيَ 1) Expletus fuit sitimque restinxit sugendo *c.* من *rei*; Suxit donec venter plenus esset *lacte infans* *c.* من *r.*; Plenum habuit ventriculum (*hoedus lactens*); 2) Vehementer edit *vel* bibit *vel* utrumque (*camelus*); 3) Emisit ventum e podice *c.* ب *vent.* IV Restinxit *alicuius* sitim *c. a. p.*

حُصْحَا Debilis, parvus.

حُصْحُوٌ *Id.*

حَصَبَ *F. i. n. a.* حَصْبٌ 1) Dispersit glareas (*in loco*) *c. a. l.*; Glarea petivit *aliquem c. a. p.* *tum gener.* Iecit *c. a. p.*; Proiecit; Coniecit (*in ignem*) *c. a. ignis et* ب *r. Djeuh.*; 2) Abivit vagatusque (*per terram*) fuit *c.* فى *Djeuh.*; 3) Retrocessit *a socio c.* عن *p.* b) حَصِبَ *et* حُصِبَ Laboravit correptusve fuit morbillis; *vid.* حصبة.

II Glarea stravit (*templum arcamve*) *c. a. l.*; Glaream in alium coniecit; Arenam iniecit *in rem Gol. ex Mar.*; Morbillis laboravit. *Djeriri Diw.* IV Glaream cursu suo dispersit (*equus*); Retrocessit *a socio suo c.* عن *p.* V Exivit in campum ad grana quaerenda *columba.* VI Invicem se glarea petierunt.

حَصَبٌ Lapides; Quod in ignem coniicitur; Lignum, *vel* *vox* حَصَبٌ *non significat lignum nisi ignis eo accenditur*; Quod chorda ab arcu retrovertitur. *Kam.*

حَاصِبٌ *F.* ة Glaream continens (*locus*); Eruptio pustulosa ex sanguinis copia *Gol. ex Meid.*; Vehemens et glaream spargens *ventus* (*videtur poetice pro* حاصبة); *item* Lac cuius cremor non prodit propter frigus in eo existens.

حَاصِبٌ *Fem. c.* ة *Pl.* حَوَاصِبُ Vehemens et glaream spargens (*ventus*); *vel* Id ipsum quod circumvolat nivis parvi et grandinis; *et* Nubes spargens nivem et grandinem; *item* Eruptio pustulosa, ex sanguinis copia. *Gol. ex Meid.*

حَصْبَةٌ Lapides. ليلة الحصبة Nox quae sequitur dies festos (التشريق) appellatos; Morbilli, *conf. Reisk. op. med. p.* 8. *Rhaz. p.* 2 *seq.*

حَصَبَةٌ Lapis unus (*rara est haec forma nominis unitatis a* حَصْبَة), *et* Glareae una pars (*ut sit nomen unitatis a voce* حَصْبَاء); Morbilli.

حَصِبَةٌ Glarea abundans (*terra*); Morbilli.

حَصْبَاءُ *Coll.* Glarea parva.

حَصِيبٌ Locus in Iemen, celeber propter pulchritudinem feminarum; *inde Prov.* اذا دخلت ارض الحصيب فهرول.

تَحْصِيبٌ Est somnus, qui capitur una hora noctis in Almohazzab apud interstitium duorum montium cuius exitus est in vallem Meccae (Muhazzab vero est locus in Mina, ubi silices iaciuntur).

مُحَصَّبٌ Locus glareae apud Minam.

مَحْصُوبٌ Morbillis affectus.

مَحْصَبَةٌ Glarea abundans (*terra*).

حَصْحَصَ Apparuit, manifesta fuit (*res*) *conf.* حَصْحَصَ, Firmus fuit. II تَحَصْحَصَ Terrae adhaesit et aequaliter sedit.

حَصْحَصٌ Terra (تراب), et lapides.

حُصْحُوصٌ Celere *iter nocturnum*, Terra alta et nuda. Pulvis *Reisk.*

حُصَاحِصٌ Terra.

حَصْحَصَةٌ Celeritas in incessu; Commotio rei in re, ut firma sit et infixa; Incessus vincti; Scrutatio terrae in dextero et sinistro latere; Proiicere merdam, *vel* stercus; Quod vir alicui importunus insistit; Quod camelus applicat genua terrae surgendi ergo.

حَصَدَ *F. o. et i. n. a.* حَصْدٌ, حَصَادٌ, حِصَادٌ 1) Messuit, demessuit *segetes vel gramen c. a.*; 2) Contorsit (*funem*)

c. a. r.; 2) Mortuus fuit. b) حَصِدَ *n. a.* حَصَدٌ Firmus et firmiter contortus fuit (*funis*) *Djeuh.* IV Ad maturitatem pervenit (*seges*), demeti idonea fuit; Firmiter torsit plexuitve (*funem*) *c. a.*; Firmam reddidit *loricam c. a. r.*; *et in genere* Firmavit *Gol. ex Mar.* VIII Messuit *segetes vel gramen c. a. r.* X Firmus et firmiter contortus fuit (*funis*); Demeti idonea fuit (*seges*); *item* Convenit (*populus*) et invicem iuverunt, Iratus fuit.

حَصَدٌ Demessae *segetes*; Planta, et planta arida; Contorsio vehemens; Firmitas in chordis, funibus et loricis.

حَصِدٌ Contortus, implicitus; firmus *funis*.

حَاصِدٌ *Pl.* حَصَدَةٌ, حُصَّادٌ Messor.

حَصِيدٌ *Fem. c.* ة Demessus *et de arbore pomona*; *item* Exitio datus, perditus *Gol. ex Mar.*

حَصْدَاءُ *Fem. ab* أحصد Arctis annulis densa et firma (*lorica*); Multis frondibus stipata (*arbor*).

حَصَّادٌ *Pl.* حَوَاصِيدُ Messor.

حَصَادَةٌ Messis tempus; Planta quae efficit, ut venter pecoris intumescat.

حِصَادَةٌ Messis tempus.

حَصِيدَةٌ Infimae segetis partes, quas falx attingere nequit; Locus, in quo semen iacitur. *Pl.* حصائد; *inde* حصائد الألسنة Verba prava, ob quae poena gravissima digni sunt homines; *est loquendi modus ex traditione quadam Muhammedis deductus. conf. Harir. praef. p.* 3. *l.* 4.

أَحْصَدُ Contortus, firmus (*funis*).

مِحْصَدٌ *Pl.* مَحَاصِدُ Falx messoria.

مُحْصَدٌ Firmus (*funis*); *inde* محصد الرأى Firmus mente, consilio *vir*; Aridum dum adhuc stat.

مَحْصُودٌ Demessus.

مُسْتَحْصِدٌ Contortus, firmus (*funis*).

حَصَرَ *F. o. n. a.* حَصْرٌ 1) In angustiam redegit *c. a. p.*; 2) Circumdederunt *homines aliquem* eum capturi *c.* ب *p.*; 3) Totam cepit *rem c. a. r.*; 4) Retinuit, prohibuit *ab itinere vel alia re c. a. p.*; 5) Pulvinari *vel* sella حصار appellata imposita compressit *camelum c.* ل *cam.*; 6) Numeravit, numero comprehendit *Gol. ex Mar.* b) حَصِرَ *F. a. n. a.* حَصَرٌ 1) Angusto pectore praeditus fuit; *et* Angustum fuit *pectus*; 2) Avarus fuit; 3) Magna cum difficultate, quippe huius rei impar esset, locutus fuit et legit; 4) Impeditus fuit, quominus adiret *feminam c.* عن *p.*; 5) Custodivit *secretum c.* ب *r.* c) حَصُرَ *n. a.* حَصَرٌ Angusta uberum foramina habuit (*camela*). d) حُصِرَ *n. a.* حُصْرٌ Difficultatibus urinae et molestia in alvo exoneranda laboravit. III *n. a.* حِصَارٌ, محاصرة Obsidione cinxit (*hostem*) *c.* ل *vel c. a.* IV In angustiam redegit *c. a. p.*; Retinuit, prohibuit *ab itinere vel alia re c. a. p. et* عن *r.*; Effecit, ut se ipsum premeret *difficultas urinae aut morbus c. a. p.*; Angusta uberum foramina habuit (*camela*); Numeravit, numero comprehendit *Gol. ex Mar.* أُحْصِرَ Difficultatibus urinae et molestia in alvo exoneranda laboravit. VII Arcte circumdatus fuit; obsessus fuit; Numeratus fuit, numero comprehensus fuit *Gol. ex Mar.* VIII Imposito pulvinari vel sella حصار appellata compressit *camelum*.

حَصْرٌ Avarus; Tenax arcani *Gol. ex Meid.*

حُصْرٌ Molestia in alvo exoneranda et difficultates urinae.

حَصَرٌ Angustia pectoris; Avaritia; Haesitatio in sermone; *et* Quod aliquis magna cum difficultate legit huius rei impar: *contrarium appellatur* فصاحة.

حَصِرٌ Avarus; Non evulgans secreta; Angustus corde.

حَاصِرٌ *Pl.* حُصُرٌ Astringens ventrem; computista, obsessor; retentor *Gol. ex Mar.*; Storearum textor *Gol. ex Djeuh.*, *in meo autem codice sub voce* حصر *non legitur.*

حِصَارٌ Pulvinar, cuius anterior pars farcta in modum sellae, posterior autem elata est: *imponitur camelo ad insidendum.*

حِصَارٌ Sepimentum; munimentum, castellum; *et* Pulvinar, cuius anterior pars farcta in modum sellae, posterior autem elata est (*in edit. Calcutt. Kamusi est* يرقع *sed videtur legendum* يرفع): *camelo imponitur ad insidendum*; *aut* Parva sella.

حَصُورٌ Angusto pectore praeditus; Angusta uberis foramina habens *camela*; Rem cum mulieribus non habens; Avarus *Djeuh.*

حَصِيرٌ Angusto pectore praeditus; Timidus, abstinens a re; Secreta non evulgans; Is qui se abstinet feminis, dum iis fruendi potestatem habet; *aut* Is qui ita agit impedi-

tus aliqua re, *aut* earum desiderio carens; Castratus; Angusta uberis foramina habens *camela*, *Domair.*; Prole carens *Gol. ex Gloss. Mar.*; *et c. artic.* Ioannes Baptista *Gol. ex Meid. ob continentiam*; Storea ex fissis arundinibus contexta; Latus corporis; Vena per latus iumenti protensa ad ventrem, *vel* Talis pars carnis, *vel* Tendo (عصبة) qui est inter peritonaeum صفاق *et locum qui* مَقَطّ الأضلاع appellatur; *item* Rex: *quod velo obtento quasi disclusus est*; Carcer; Quod texitur (*de omni re*); Pannus pulcherrime pictus; Consessus; Via; Aqua; Series *de hominibus aliisque.* *Pl.* حُصُر, أَحْصِرَة Superficies terrae; Splendor corruscans gladii vel eius latera; Avarus; Is qui propter avaritiam vinum non bibit; Vestis *Reisk.* *Pl.* حَصَايِرُ : خَصَاصِيفُ تُبْنَى وَفِي بَوَارِيٌّ من خوص تعمل بالحجاز. *Diw. Huds.*

حَصْرَاءُ Quam inire non potest vir, quippe cui nonnisi urinae meatus sit *mulier.*

حَصِيرَةٌ Locus, ubi dactyli siccantur; Carnis pars in latere equi, quam vides, quum gracilis est.

حُتَيْبِر *c. artic.* Leo.

مِحْصَرَةٌ (*in Kam. Turc. est* مُحْصَر) Tabula lignea perforata اشرارة appellata, in qua oxygala siccatur.

مِحْصَرَةٌ (*in Kam. Turc. est* مِحْصَر) Pulvinar cuius anterior pars farcta est, posterior autem elata: *camelo ad insidendum imponitur*; *aliis* parva sella.

مَحْصُور Obsessus, detentus *etc.*; Cui impositum est pulvinar حصار appellatum *camelus*; Difficultatibus urinae et molestia in alvo exoneranda laborans.

حَصْرَبَةٌ Angustia pectoris et magna avaritia.

حَصْرَمَ Valde tetendit (*arcum*) *c. a.*; *et Pers.* بر انگيختن Excitavit; *item* Valde torsit (*funem*) *c. a. r.*; Implevit (*utrem*) *c. a. r.*; Aptavit (*calamum scriptorium*) *c. a.*

حِصْرِم Fructus acerbus quam diu viridis est vitis; Omphacium (*Reisk. ad Rhaz.*); Dactylus ante maturitatem; Valde avarus; Fricatio corporis in balneo; Ferrum, quo situla e puteo extrahitur; Brevis; Fructus arboris مَتّ appellatae; Vilis res in qua nil est commodi.

حَصْرَمَةٌ Avaritia inexplebilis.

حِصْرِمِيٌّ Omphacinus; *et c.* ة Talis cibus *Gol. ex Meid.*

مُحَصْرَم Tenax, avarus. شاعر مُحَصْرَم *i. q.* مُخَضْرَم *i. e.* Poeta qui tam tempore ante Muhammedem quam Muhammedis vixit; *et* بَلَدٌ مُحَصْرَم; Cremor dispersus, qui non se colligit ob frigus vehemens.

حَصَفَ *n. a.* حَصْف Longe removit. b) حَصِفَ *n. a.* حَصَف Scabie sicca vel impetigine laboravit. c) حَصُفَ *n. a.* حَصَافَة Firma mente ac iudicio praeditus, prudens fuit. IV Longe removit; Firmiter torsit *funem c. a. r.*; Firmo solidoque iudicio tractavit et stabilivit (*rem*) *c. a.*; *Intrans.* Velociter transivit, cucurrit (*equus, vir*). X Firmum firmatumque fuit (*negotium*); Dura et adversa fuit (*fortuna*) *c.* على *p.*; Angusta fuerunt *genitalia feminae* et sicca in congressu.

حَصَف Scabies sicca; et impetigo.

حَصِيف Firmo iudicio ac mente pollens.

مُحْصِف Celeriter praeteriens, currens *equus.*

مُحْصَف *Id.*

مُحْصِف Celeriter praeteriens, currens *equus*; *vel* Is qui cursu glaream spargit, *vel* propinquis gressibus celeriter currens.

حَصْكَلَة Candelabrum. *Gol. ex Ifr.*

حَصَلَ *n. a.* حُصُول *et* مَحْصُول (*tanquam nomen actionis*) Superfuit, reliqua separata parte, provenit, exstitit, contigit *c. a. p. et c.* ل *p.*; Versatus fuit, attigit *c. a.*; Manifestus fuit. b) حَصِلَ 1) Terram glareamve voravit, ex quibus, quum in ventre remanerent, dolores percepit *iumentum*; 2) Laboravit lapidibus in vesica urinae orientibus (*puer*). II *n. a.* تحصيل Produxit vel habuit dactylos immaturos حصل appellatos (*palma*); Gemmas florum flavas habuit (*palma*); Effecit ut distingueretur et proveniret id quod remanens et stabile erat caeteris disparentibus; Selegit; Acquisivit *c. a.*; Legit (*librum*) *Gol. ex Mar.*; Ad summam ac sensum suum redegit (*sermonem*) *c. a.* IV Habuit vel produxit dactylos immaturos حصل appellatos (*palma*); Flavescentes gemmas florum habuit vel produxit *palma*. V Provenit, contigit; Collectum fuit et stabile.

حَصَلٌ *Coll.* Dactyli immaturi بلح appellati, *aut* quum nondum multum incrementi ceperunt, *aut* quum multum incrementi ceperunt et rotundi facti sunt; Gemmae florum palmarum (طلع) flavescentes.

حَصَلٌ *Id.*; Id quod e frumento abiicitur, *ut lolium*; Id quod remanet e hordeo vel tritico in area, quum pravum eius reiectum est.

حَاصِلٌ *Pl.* حَوَاصِلُ Apparens, manifestus; Remanens et stabile reliquis rei partibus abeuntibus; Proveniens, productus, summa, id quo res redit; Proventus; Commodum, utilitas *Gol. ex Mar.*

حَوْصَلَ *denom. a* حوصل Implevit ingluviem (*avis*). (*Firuzabadii et Djeuharii auctoritatem secutus huic verbo et cum eodem cohaerentibus sub radice* حصل *locum dedi, quippe quorum significationes quodammodo cognatae esse videantur.*)

حَوْصَلٌ Ovis, cuius pars ventris supra umbilicum magna est; Locus aquae in remotissima parte *receptaculi*; *item uti et* حَوْصَلٌ Ingluvies *avis vel eius* stomachus.

حَصِيلٌ Nomen plantae.

حُصَالَةٌ Gluma aut lolium quod e frumento abiicitur; *et contra* Frumenti pars remanens in area, postquam pravum reiectum est; *et in genere* Quod everritur, quisquiliae. *Meid. Merc. utrumque.*

حَوْصَلَةٌ Inferior pars ventris usque ad pubem (*de omnibus animalibus*); Locus aquae in remotissima parte *receptaculi*; *item ut* حَوْصَلَةٌ Ingluvies *avis vel* stomachus (*idem in avibus ac* معدة *in hominibus significat*); *Pl.* حَوَاصِلُ Loca, ubi res reconduntur et asservantur (*Magazine*); *item* حواصل Nomen animalis, ex quo fiunt pelliceae vestes. *Gol. ex Mar.*

حَصِيلَةٌ *Pl.* حَصَائِلُ Proveniens et remanens rei pars vel summa caeteris disparentibus.

حَوْصَلَاءُ *et* حَوْصَلَّاءُ Ingluvies *avis vel* eius stomachus.

احْوَنْصَلَ Flexit collum et prodire fecit ingluviem.

تَحْصِيلٌ Emolumentum; *et term. philos.* Conclusio ex praemissis.

مَحْصُولٌ Id quod provenit, summa, et quo res redit.

مُحَوْصَلٌ Is cui inferior pars ventris ut praegnantis prominet.

مُتَحَصَّلٌ Productus, summa.

مُحَصِّلَةٌ Femina, quae colligit terram fodinae.

مُحْوَنْصِلٌ Is cuius ventris pars inferior ut praegnantis prominet.

حِصْلِبٌ Terra (تراب).

حِصْلِمٌ Terra (تراب).

حَطَمَ *F. i. n. a.* حَطْمٌ 1) Pepedit, *vel proprie de equo c.* ب; 2) Fregit *Gol. ex Mar.* VII Fractum fuit (*lignum*).

حُصَامٌ Crepitus ventris.

حَصُومٌ Frequenter pedens.

حَصِيمٌ Glarea parva.

حَصْمَاءُ Pedens asina.

حَصَّامٌ *Fem. c.* ة Frequenter pedens. (*Gol. ex Kamuso; in editione autem Calcutt. non exstat.*)

مِحْصَمَةٌ Instrumentum, quo ferrum contunditur

حَصُنَ *et* حَصَنَ *n. a.* حَصَانَةٌ 1) Firmus, munitusque fuit b) حَصُنَ *n. a.* حُصْنٌ, حِصْنٌ, حَصْنٌ Domi se continuit tecta ac custodita, pudica fuit *mulier.* II Firmavit; muro cinxit, munivit *c. a.*; Custodivit, uti uxorem domi *maritus; aliquid ab aliquo* custodivit *c. a.* et من *p.*; *Intrans.* Pudica fuit, *et* Domi tecta se continuit *Gol. ex Mar.*; Continens fuit (*vir*) *Gol. ex Mar.*; Uxorem duxit; Nupsit *Gol. ex Mar.* (*Plures ex significationibus, quas Golius ex Mar. adnotavit, potius coniugationi quartae tribuendae videntur*). IV Munivit *c. a.*; Custodivit (*feminam*) domi *c. a. p. maritus*; Domi tecta se continuit et pudica fuit, *aut* nupta *aut* pudica fuit *mulier*; Uxorem duxit; Pudicum reddidit *aliquem matrimonium.* V Semet munivit: munimento se conclusit *hostis*; Pudica fuit *mulier*; Admissarius evasit (*equus*) *Gol. ex Mar.*

حِصْنٌ *Pl.* أَحْصَانٌ, حِصَنَةٌ, حُصُونٌ Locus munitus ad cuius interiores partes perveniri non potest; arx; Interitus; Arma. ابو الحصن Vulpes.

حُصْنٌ Pudicitia.

حَاصِنٌ *et quoque Fem. c.* ة *Pl.* حَوَاصِنُ *et* حَاصِنَاتٌ Pudica, *ut dicatur* امراة حاصنة *et* امراة حاصن ; الحواصن Gravidae; Res, quae omnium usui non patet *Reisk.*

حَصَانٌ *Pl.* حُصُنٌ *et* حَصَانَاتٌ Pudica vel nupta *mulier*; Margarita, unio.

حِصَانٌ *Pl.* حُصُنٌ Equus nobilis et pulcher: *inprimis* admissarius; *tum* cuivis admissario *hoc nomen inditur*, *est opp.* حجر.

حَصْنَاءُ Pudica *mulier.*

حَصِينٌ *F.* ة Munitus, firmus. *Dicitur* درع حصين *et* درع حصينة Lorica firma. Locus talis, carcer. *Gol. ex Mar.*

الحَصَانِيَّات Aves quaedam.

أَحْصِنَةٌ Cuspides sagittarum.

مُحْصَنٌ Sera, pessulus; Canistrum; Ferramentum quoddam in fraeno equi *et* fraenum ipsum. *Jac. Schult.*

رجل مُحْصَن Vir pudicus; Matrimonio iunctus.

مُحْصَنَة Nupta *aut* pudica *aut* gravida *mulier.*

مُحْصِنَة *Id.*

حَصَا *n. a.* حَصْوٌ Prohibuit, impedivit *c. d. a.*

حَصْوٌ Dolor in intestinis (مغص).

حَصَى (حَصَيْتُ) Glarea percussit *aliquem c. a. p.* b) حَصِيَ 1) Vestigium impressit, signavit *c. a. r.*; 2) Lapillis abundavit (*terra*). c) حَصِيَ Calculo vesicae laboravit. II *n. a.* تَحْصِيَةٌ Protexit *aliquem c. a. p.* IV Numeravit *vel* memoriae mandavit, *vel* scivit, cognovit *rem c. a. r.*; *item* Scripsit, narravit; Ordinavit. أحصينا Pervenimus ad glaream, nil reliquum est. V Cavit sibi.

حَصًى Numerus, vel numerus magnus, multitudo; *et Coll.* Glarea; Capillus; calculus (*et de calculis tam in vesica quam in renibus ortis vocem usurpant*). طَرْقُ الحَصَا Species quaedam praesagii.

حَصِيٌّ Multa prudentia praeditus.

حَصَاةٌ *Pl.* حَصًى *et* حَصَيَاتٌ Lapillus unus; Calculus ex urina in vesica ortus. حصاة المسك Frustum musci durius, quod in folliculo subinde reperitur; *item* Prudentia, consilium. ذو حصاة Intellectu ac mente praeditus; Animi secreta continens.

مُحْصَاةٌ Lapillis et glarea abundans (*terra*).

حَضَّ *n. a.* حَضٌّ , حُضٌّ , حِضِّيضَى *et* حُضِّيضَى Incitavit, instigavit *ad aliquam rem c. a. p. et* على *r. conf.* حثّ. II *n. a.* تحضيض *Id.*; Avidumque et cupidum reddidit *c.* على *r.* III Instigavit et cupidine incendit, adegitque (*alium*). VI Instigarunt se invicem, alter alterum. VIII احْتَضَضْتُ نفسي Vilem, despectum me ipsum reddidi (*conf.* ابتضّ).

حُضٌّ Incitamentum. (*Sunt qui contendant hanc formam nomini esse tribuendam, nec vero nomini actionis.*)

حَضَضٌ *coniunctum c.* بَضَضٌ Aliquid, res.

حُضَضٌ Succus lycii *cuius usus in medicina describitur in Kamuso. Diosc. Beid.*; Planta quaedam; Medicamentum quod ex urina camelorum paratur.

حُضُضٌ Succus lycii.

حَضِيضٌ *Pl.* حُضُضٌ *et* أَحِضَّةٌ Inferior extremitas rei *Gol. ex Mar.*; Absis ima eccentrici; *oppos. est* أوج *Astron.*, Solum depressius, *et* Pes montis.

حَضِيضَةٌ *coniunctum c.* بَضِيضَة Id quod aliquis possidet.

حِضَّوْضَى Longinquitas; Ignis.

حُضَّى *quasi deriv. a* حَضِيض Lapis qui in pede montis reperitur.

حُضُوضَاةٌ *i. q.* ضَوْضَاءٌ.

حَضَا *F. a.* 1) Incendit, *vel* commovendo aperuit, ut arderet (*ignem*) *c. a.*; 2) Accensus fuit (*ignis*). IV *Id.* VIII Incendit (*ignem*), aperuit illum, ut arderet.

حَضِيٌّ: أبيض حَضِيّ Admodum albus.

مِحْضَأٌ *et* مِحْضَاءٌ Rutabulum ligneum; *vid.* حضي.

حَضَبَ *F. i.* Effecit, ut *ignis* se extolleret *vel* lignum iniecit *c. a.* b) حَضِبَتِ البَكْرَةُ Intravit funis inter rechamum (قعو) et trochleam (بَكْرَة) *c. a.* IV Effecit, ut se

extolleret *ignis vel* lignum iniecit *c. a. r.*; Reiecit funem a trochlea ad cursus sui locum. V Praetulit viam asperam propinquiorem viae aequali sed longinquiori.

حَضْبٌ Serpens *aut* serpens mas crassus *aut* albus *aut* tenuis; Conversio funis, donec dissolvatur (انقلاب الحبل حتى يسقط *Kam.*); Introitus funis inter rechamum (قعو) et trochleam (بَكَرَة); Celeritas, qua capitur laqueo avis رهدن appellata, dum granum rostro legit.

حِضْبٌ *Pl.* أَحْضَابٌ Sonus quem arcus edit; Serpens *aut* serpens mas crassus *aut* albus *aut* tenuis *Domair.*; *item* Pes montis et latus *eius*.

حُضْبٌ Sonus, quem arcus edit.

حَضَبٌ (*i. q.* حَصَبٌ) *et quoque* حَضَبٌ Fomentum ignis.

مِحْضَبٌ Rutabulum; Sartago (مقلى); *et Metaph.* Concitator belli.

حضابر *gen. comm.* Hyaena. *conf.* حضاجر.

حَضَجَ 1) Accendit (*ignem*) *c. a.*; 2) Percussit; 3) Cucurrit; 4) In ventrem tantum immisit, ut paene disrumperetur; 5) Immersit (*in aquam*) *c. a. r. et* في. II *n. a.* تحضيج Cum defectu breviterque locutus est. VII Exarsit ira; Inter lavandum contudit vestem *Gol. ex Mar.*; Expansus fuit in terrae superficie.

حِضْجٌ Vilis, ignobilis; pusillanimis *Gol. ex Mar.*; Aqua remanens in receptaculis aquae حوض appellatis; Tractus, latus.

حُضْجٌ Aqua remanens in receptaculis aquae حوض appellatis.

حُضَاجٌ Dorso sicut arcus incurvato et ventre prostante praeditus.

مِحْضَجٌ Instrumentum, quo ignis movetur; Rutabulum; Declinans a via.

مِحْضَاجٌ Rutabulum.

حَضْجَرَ Implevit vas *c. a. r.*

حِضَجْرٌ *Pl.* حَضَاجِرُ Magnis clunibus praeditus, crassus; Magno ventre praeditus *de omnibus animalibus*; *et* Uter *vel potius* capax. ابل حضاجر Cameli quorum ventres intumuere quum voraverint herbas حمض et aquam biberint.

حَضَاجِرُ *Vox indecl. Nomen proprium* Hyaenae *vel* pulli hyaenae.

حِضَاجْرَةٌ Quos dispersos, quum multi sint, colligere bene non potest.

ضَرَّةٌ حُضَاجُورٌ Mamma crassa.

حِضَاجِمٌ *et* حُضَاجِمٌ Durus et crassa carne vir.

حُضَحُضٌ Nomen plantae cuiusdam.

حُضُضٌ *et* حُضُضٌ *i. q.* حُضُضٌ.

حُضُضٌ *i. q.* حُضُضٌ.

حَضَرَ *F. o. n. a.* حُضُورٌ 1) Praesens fuit *alicui c. a. p.* vel venit (*et c.* عن *p.* Rediit *ab aliquo*); Recessit *ab aqua c.* عن; Pervenit *ad aliquem c.* الى *p.*; 2) Affecit (*eum*) tenuitque (*cura*) *c. a. p.*; Nocuit *c. a.*; *sic in his Corani verbis explicatur* اعوذ بك رب ان يحضرون Ad te confugio domine, ne me Daemones damno affligant; 3) Bono statu fuit (*Gol. ex Mar.*); 4) *n. a.* حُضْرٌ Cucurrit *Gol. ex Mar.* b) حَضِرَ *n. a.* حَضَارَةٌ Praesens fuit *et tum tanquam verbum transitivum construitur*, *ut dicatur* حَضِرَهُ Praesens ei fuit (*hic vero enunciandi modus, a grammatico Alferra adnotatus*, *rarior praecedente est*) *et quoque c.* لِ. III *n. a.* محاضرة Conflixit *unus cum altero c. a. p.*; Aequaliter genua genubus applicando *iuxta aliquem apud regem* sedit *c. a. p.*; *n. a.* حِضَارٌ Cucurrit *cum aliquo c. a. p.* حاضره على حقه Disceptavit cum eo de eo, quod ei deberetur et hoc vincens eidem eripuit; *item* Ante maturitatem vendidit fructus: *quasi pro praesentibus futuros*, *quod lege vetitum*, *Gol. ex Mar. sed rectius videtur* خاضر; Cucurrit equus in stadio *Reisk.* IV Adduxit, praesentem stitit, vel adesse iussit; In praesentiam *alicuius* adduxit *aliquem c. d. a.*; *Intrans. n. a.* احضار Cucurrit se extollens (*equus*, *iuvenis*, *dorcas*). V Affecit laesitque *cura aliquem c. a. p.*; Praesens fuit; *et tum tanquam verbum transitivum construitur*, *ut dicatur* تحضره Praesens ei fuit; Commoratus fuit in regione in qua sunt fixa domicilia. VIII Afflixit *aliquem cura c. a. p.*; *et Intrans.* Praesens fuit, praesens venit, praesentem se stitit; In regionem, in qua sunt fixa hominibus domicilia venit; Cucurrit se extollens (*equus*, *iuvenis*, *dorcas*); Multo lacte praedita

evasit (*camela*) *Gol. ex Mar.* *Pass.* اُحْتُضِرَ Mors aderat alicui. X Cucurrit se extollens; *et quoque* Ad cursum impulit *c. a.*; *et Intrans.* Praesens adesse seu venire voluit; In memoriam ac mentem venit, succurrit, revocavit *c. a.*

حَضَرٌ Locus habitatus, *spec.* fixus, et extra campum; Habitaculum eiusque anterior pars, area; Pubes tam viri quam feminae; Captare tempus cibi sumendi aliorum, ut adesse quis posset; Pars adipis in parte corporis, vel supra eandem, quae مانَة appellatur.

حُضْرٌ Equi cursus in quo se extollit.

حَضَرٌ Praesentia. بِحَضَرِهِ Eo praesente; Regio in qua sunt habitacula fixa (*ut domus non tentoria*, *contrarium est* بادية). لا فى السفر ولا فى الحضر Nec domi neque foris.

حَضِرٌ Nolens iter facere *vel* fixa stabilique vivens mansione; Is qui captat tempus cibi sumendi apud alios ut eis adsit.

حُضُرٌ Is qui captat cibi sumendi tempus apud alios ut eis adsit; Homo facundus et peritus in iurisprudentia.

حُضُرٌ Vir qui haud invitatus ad vinum bibentes venit et una cum iis bibit; Cursus vehemens.

حَاضِرٌ *Pl.* حُضَّرٌ, حَضَرَةٌ Praesens. *Plur.* حَوَاضِرُ Coram veniens vel coram consistens. *Pl.* حُضَّارٌ Incola; accola *c.* ب *vel c.* على, *ex. gr.* فلان حاضر بموضع كذى Quidam talis loci incola est; Fixum et stabile habens domicilium; *et* Tribus Arabum magna, *ut dicatur* حاضر طَيِّئ Tribus Thai. *conf. Selecta ex historia Halebi p.* 44 *sq. adn.*

حَضَارِ Nomen stellae. *Dicitur proverbiali locutione* حضار والوزن مُحْلِفَانِ Stella Hadhari et Alwasn ad iusiurandum impellunt, *quippe quae, quum ante Canopum oriuntur, sunt in causa, cur aliquis easdem cernens iuret ipsas esse Canopum.*

حِضَارٌ *Sing. et Plur.* Praestantes *vel* Rubri *de camelis.*

حِضَارٌ Praestantes *vel* rubri *de camelis*; *et* A natura facie puellae praeditus; *item* Robusta et bene incedens *camela*; Cursus equi in stadio *Reisk.*

حُضَارٌ Morbus, quo cameli tentantur.

حِضْرَاءُ Festinans in edendo et bibendo *de camelis vel aliis.*

حَضْرَةٌ Praesentia. حضرة الجمع *et* حضرة الوجود *i. q.* حقيقة الحقايق *quod vide.* بحضرته Praesente eo: coram ipso. Domicilii fixi locus; *Serioribus paulo ut videtur temporibus* Maiestas regia, rex, aula regia; urbs, in qua est regis sedes, *et tum* Magna urbs *et* Princeps.

حِضْرَةٌ Praesentia. حَسَنُ الحِضْرَةِ Is cuius praesentia bonum affert.

حُضْرَةٌ Praesentia.

حَضَرَةٌ Praesentia, *et* Moeror.

حُضُورٌ Praesentia; Bonus status; *et tum licet sit nomen actionis tanquam Plurali utuntur ex gr.* قوم حضور Populus praesens.

حُضَّارٌ Nomen stellae. *conf. Ideler p.* 238. 249. 274.

حَاضِرَةٌ Domicilii fixi et stabilis locus. *Pl.* حَوَاضِرُ Auris, ansa, *ex. gr.* عس ذو حواضر Magnus scyphus ansis instructus. Nomen herbae Arum appellatae, *sec. al.* fabae Aegyptiacae, quae nomen gerit اذان الفيل.

حَضَارَةٌ Regio vel locus in quo sunt domicilia fixa et stabilia. فلان من اهل الحضارة Quidam oppidanus est; *et contr.* Quidam vitam campestrem agit. *Citab Aladhdad.*

حِضَارَةٌ Domicilii fixi et stabilis locus (*huic contrarium est desertum, in quo Nomades degunt*); Subsistere, habitare in regione ubi sunt domicilia fixa et stabilia. (*Hic enunciandi modus ab Abu-Saido affertur, Alazmaïus vero vocem cum Fatha vocali enunciandam esse vult.*)

حَضِيرَةٌ *Pl.* حَضِيرٌ *Kam.* (*et* حَضَائِرُ *Djeuh.*) Conventus hominum *aut* quatuor *aut* quinque *aut* octo *aut* septem *aut* decem *aut* Milites per quos in terram hostilem incursio fit *et* Primum agmen exercitus; Aqua flava post partum finitum *et* postquam sanguis fluere desiit e ventre mulieris fluens, *aut* Sanguis crassus in secundinis *vel* pus in vulnere *se* colligens.

حَضْرِيٌّ Id quod domicilia fixa spectat, *vel* cum iis coniunctum est.

حَضَرِيٌّ Domicilium fixum et stabile habens (*contr.* nomas).

مَحْضَرٌ *Pl.* مَحَاضِرُ Locus qui incolitur vel accolitur; *item* Praesentia; Reditus ad aquas; Litterae de aliqua re compositae, in quarum margine sunt testium nomina scripta ad probandas in his res relatas *Conf. Abulf. Ann. T. III. p.* 14; Populus praesens; Sigillum; Locus, in

quo homines praesentes sunt. فلان حسن المحضر Quidam absentis agendi rationem laudat.

مُحْضَار Vehementer currens, *vel* se extollens in currendo. (*Haec vox aut minus probanda aut omnino non adhibenda est.*)

مُحْتَضَر *In his Corani* (*Sur.* 54. *v.* 28) ونبّئهم أن الماء قسمة بينهم كل شرب محتضر *vox* محتضر *explicatur* „est cuilibet tam hominibus quam camelis portio aquae, quippe quae inter ipsos distributa sit, praesens."

مُحْتَضِر Qui ad domicilium fixum, uti oppidum aut pagum, venit.

مَحْضُور *F.* 8 Noxa multa alliciens (*quia daemones adsunt*) *lac.* جبا غير محضور Puteus, cui accolae non sunt.

مِحْضِير *Pl.* مَحَاضِير *comm. gen.* Multum et vehementer currens.

مُحَاضَرة Conversatio.

حَضْرَبَ 1) Valde tetendit (*arcum*) *Gol. ex Mar.*; 2) Valide constrinxit torsitve (*funem*).

مُحَضْرَب Impletus.

حَضْرَمَ 1) Male pronunciavit, praesertim vocales *in sermone c.* في; 2) Removit, abstulit corticem arborum; 3) Firmo instruxit *arcum nervo c. a.*

حَضْرَمَة Mixtio.

حَضْرَمَوْت *et* حَضْرُمُوت Hadhramaut, Arabiae felicis provincia, tribus; *et quoque* huius nominis urbs. *Ut contendunt Arabum grammatici, proprie duo sunt nomina, unde et dicere licet* هذا حَضْرَمَوْتُ *aut* هذا حَضْرُمَوْتَ. *Deminutivum vero hoc modo formatur* حُضَيْرِمَوْت. *Plural. est* حَضَارِمَة. *Inde* فعل حضرمية *in Dual.* فعلان حَضْرَمُوتِيَّان Calceus in linguae modum mucronatus; *et* حضرمية Camela inde originem ducens. *Diw. Huds.*

حَضْرَمِيَّة Locutio mala, barbarica. *Dicitur* في لسانه حضرمية.

شاعِر مُحَضْرَم *i. q.* مُخَضْرَم.

حَضَضٌ Medicamentum, quod paratur ex urina cameli; *vel i. q.* حُضُضٌ.

حُضُظٌ *Id.*

حِضْنِف Serpens.

حَضَلَ *F. a.* Corrupta fuit (*palma*) in inferiore parte ramorum, qua parte oriuntur. (*Incendunt ignem, quo tam corticis quam ramorum corrupta pars absumatur, quo fit ut sanetur palma.*)

حَضَنَ *F. o.* 1) *n. a.* حَضْن, حِضَان, حُضُون, حِضَانَة Incubavit *ova sua avis c. a.*; 2) *n. a.* حَضْن, حِضَانَة In ulnas cepit et amplexus fuit *puerum c. a. p.*; *vel* educavit (*eum*); 3) *n. a.* حَضْن Non amplius contulit *beneficia in vicinos c. a. r. et* عن *p.*; 4) *n. a.* حَضْن, حَضَانَة Removit, impedivit *aliquem a negotio suo peragendo c. a. p. et* عن *r.*; Removit ab aliqua re *alterum* totam eandem ipse occupans *c. a. p. et* عن *r.* b) حَضِنَ *n. a.* حَضَان Habuit uber unum vel papillam maiorem altera (*de muliere, ove et camela*). IV Abstulit *ius alicuius c.* ب *r.*; Contemsit et vilipendit *c. a. p. vel c.* ب *p.* VI Invicem se amplexi sunt. VIII In ulnas sinumve cepit *vel* educavit *puerum c. a. p.*; Retinuit, impedivit *a negotio suo c. a. p. et* عن *r. Kam.*; Incubavit ovis *Gol. ex Mar.*

حِضْن *Pl.* أَحْضَان, حُضُون 1) Pars corporis sub axillis usque ad hypochondrium (كشح) *aut* pectore et brachiis (عضد) et id quod inter brachia est; *item Pl.* أَحْضَان Latus *rei*; Circumdans regio *vel* radix (*montis*); Latibulum hyaenae.

حُضْن Latibulum hyaenae; Circumdans regio *vel* radix *montis.*

حَضَن Ebur; *et* Mons Arabiae in superiore parte provinciae Nedjd; *inde Proverbium* أَنْجَدَ مَنْ رَأَى حَضَنًا.

حُضْنَة *in his* اصبح بحضنة سوء Iniquitatem ope destitutus perpessus est.

حِضَان Tumor (*ut videtur* شطار) in uno labiorum pudendi, ei similis, qui in viris hernia (ادرة) appellatur (*Djeriri Diw.*), *haec sunt scholii verba* الحضان الشطار في احد الاسكتين مثل الادرة في الرجال.

حَضُون Quae unum uber vel papillam longiorem altera habet (*de ovibus, mulieribus, et camelis*); Unum testicu-

lum maiorem altero habens *vir*; Cuius unum labium altero crassius est *pudendum*.

حَاضِنَةٌ Nutrix et educatrix; Palma brevibus racemis dactylorum praedita *vel talis est qualis his Firuzabadii verbis describitur* التى خرجت كبائسها وفارقت كوافيرها وقصرت عراجينها.

سُفْعٌ حَوَاضِنُ Nigri, in pectore decumbentes (*ita appellantur tripodes*).

الاعْنُزُ الحِضْنِيَّة Caprae valde nigrae vel rubrae.

مَحْضَنٌ Locus, ubi incubat (*avis*).

مُحْضِنٌ *Id.*

مُحْتَضَنٌ Pars corporis sub axillis usque ad hypochondrium (*videtur magis poetice quam* محضن).

مِحْضَنَةٌ Haud profundus catinus in usum columbarum e luto factus.

حضا *n. a.* حَضْوٌ Movit prunas *ignis*, posteaquam exstinctus fuit *c. a. ignis*.

حَضِيَّةٌ *pro* حَظِيَّةٌ *Pl.* حَضَايَا Cara coniux aut pellex (*videtur scribendi modus vitiosus*).

مِحْضَاءٌ Rutabulum *Djeuh.*; *vid.* حَضَا.

مِحْضَى *Id. Kam.*

حطّ *n. a.* حَطٌّ 1) E superiore loco in inferiorem deposuit, posuit; *et inde* Concessit adversario et e latrunculorum tabula (*Schachbrett*) deposuit latrunculum (*vorgeben*); 2) *Intrans.* Descendit e superiore in inferiorem locum *vir*; *inde* 3) *n. a.* حَطٌّ, حُطُوطٌ Deminutum et paucum fuit *pretium annonae*; 4) Instrumento مِحَطَّة dicto polivit et figuris ornavit *corium sutor*, *ephippiarius*; 5) Pustulam حطاط habuit *facies*, *aut* pinguis fuit; *et* intumuit (تهبّج); 6) *n. a.* حِطَاطٌ Nixus fuit, incubuit in habena super unum latus. b) حُطَّ Pulmone uni lateri adhaerente quum laboraret *camelus*, a viro hunc locum brachio fricante hoc malo liberatus est. II Comedit (*cibum*) *c. a. r.* IV Pustularum eruptione laboravit *aut* pinguis fuit et intumuit (*facies*); Demisit, deiecit. VII Demissus, delapsus fuit; Descendit; Properavit in incessu (*camela*); Diminutum fuit (annonae pretium); Pulmonem lateri adhaerentem habuit (*camelus*); Nixus fuit et incubuit in habena super unum latus. VIII E loco superiore in inferiorem deposuit, posuit *rem c. a. r.* X Voluit detrahere *de pretio aliquid c.* من *vel c. a.*; Rogavit *aliquem* ut deponeret *ab ipso onus c. a. p. et a. oneris.*

حَطٌّ Vilitas pretii annonae.

حُطُطٌ Corpora mollia; *Idem quod* مَرَاكِبُ السِّفْلِ *vel rectius id quod* مَرَاتِبُ السِّفْلِ *Kam.*

حَطَاطٌ *Coll. nom. unit. c.* ة Tubercula seu pustulae quae nascuntur in interiore cutis, quae glandem penis circumdat, parte *vel* in circuitu eius, interdum in facie, purulenta sunt (قَيْح), sed non gignunt ulcera (قُرَح); Extremae partes glandis penis; Spuma lactis; Deiectio, depressio.

حُطَاطٌ Odor pravus.

حِطَّةٌ *Nomen* Demissio rei a superiore loco; Demissio oneris a tergo; *inde hoc Corani* (*Sur. II. v. 55*) *dictum* قُولُوا حِطَّةٌ *i. e.* حُطَّ عَنَّا ذُنُوبَنَا; *aliis est*: Dicite لا اله الا الله *Gol. ex Mar.*

حَطُوطٌ Declivis, depressus; Velox, praestans *camela*; Habenae incumbens *camela*.

حُطُوطٌ Vilitas pretii.

حُطَيْطٌ Parvus; Tenuis. حطيط الكعب Gracili tarso praedita *mulier*.

حِطَّانٌ Hircus.

حُطَائِطَةٌ Parvus; Puella parva; Omnis res, quae parva habetur.

حُطَائِطٌ Parvus (*vir*); nanus. حُطَائِطٌ بُطَائِطٌ Crassus (*de pudendo mulieris*); *item nom. unit. c.* ة Formicula exigua rubra.

حَطِيطَةٌ Quod de rei pretio detrahitur.

حُطَيْطَةٌ Teredo.

حِطْوَطَى Levis, multum mobilis, agilis *vir*.

حِطِّيطَى *nomen* Demissio rei a superiore loco; Demissio oneris a tergo; Parvus.

أَحَطُّ Glaber lateribus.

مَحَطٌّ Locus ubi quis ex itinere descendit deponitque sarcinas, statio, mansio; finis periodi, punctum *Syr.*

مِحَطٌّ *et c.* ة Instrumentum ferreum ligneumve quo politur corium et figurae ducuntur; *item* Strigil, quo cutis et ensis politur. *Reisk.*

مُتَحَطٌّ *De humeris* (منكب) *adhibetur ad eos tanquam pulcherrimos describendos.*

مَحَطَّةٌ Castra, statio.

مَحْطُوطٌ *Fem.* ة Clunibus protuberantibus non praedita *cauda. Dicitur* مرأة محطوطة المتنين Clunibus protuberantibus, ut latera eius depressa essent, praedita mulier. مرأة محطوطة المتن Lumbis glabris praedita mulier.

حَطَأَ *F. a. i.* 1) *n. a.* حَطْأ Prostravit *aliquem in terram c.* ب *p. et a. terrae*; 2) Percussit in tergo *aliquem* manu expansa *c. a. p.*; 3) Inivit *feminam c. a. p.*; 4) Eiecit *olla spumam c.* ب *r.*; 5) Excrevit *merdam c.* ب *r.*; 6) Percussit; 7) Removit *a consilio capto aliquem c.* عن *r. et* ب *p.*

حِطْءٌ Pars aquae restans.

حِنْطَأٌ Magno ventre praeditus; Brevis, parvus *vir.*

حِنْطِئٌ Brevis, parvus *vir. Kam. Diw. Huds.*

حَطْأَةٌ Percussio una in tergo manu expansa.

حِطِّئٌ Pars sequior *de viris*, *et dicitur iunctim* حِطِّئٌ نِطِّئٌ.

عنز حِنْطِئَةٌ Caprae crassae, latae.

حُطَيْئَةٌ Vir vilis *vel* parvus; *et c. artic.* Cognomen poetae Djarwal appellati.

حِنْطَأْوَةٌ Magno ventre praeditus.

حَطَبَ *F. i.* Ligno abundavit (*locus*); Lignatus fuit, collegit ligna (*conf.* حطب); Lignatus fuit, *seu* apportavit ligna *alicui c. a. p.*; 2) حَطَبَ فِي حَبْلِهِمْ *F. i.* Iuvit eos; 3) حَطَبَ فلان بجماحه Culpavit, calumniatus fuit *aliquis alterum, et c.* على *p. Meid.* IV Ligno abundavit (*locus*); Idonea putationi fuit (*vitis*). VIII Lignatus fuit, collegit ligna; Minutas et aridas lignorum in arbore partes depastus fuit (*camelus*). احتطب عليه في الامر *i. q.* احتقب In se suscepit crimen et culpam in re coque onustus fuit; Evulsit radices arborum (*pluvia*). X Putationi idonea fuit (*vitis*)

حَطْبٌ Opus magnum et grave, periculum (*Gol. ex Mar. sed rectius esse videtur* خطب).

حَطَبٌ *Pl.* أَحْطَابٌ Ligna, quibus ignis accenditur, materia foci; Calumnia.

حَطِبٌ *Fem.* ة Valde macilentus *vir*; Infelix, infaustus

حَاطِبٌ Lignator. حاطب ليل Ligna noctu colligens. *In proverb. usum venit* المكثار كحاطب الليل *Harir. praef. p. 6. sch. l. 7.* هو حَاطِبُ لَيْلٍ Is qui in sermone suo obscurus est et unam rem cum altera miscet. حرب حاطب Magnum bellum.

حِطَابٌ Putatio vitis, usque ad eam partem in qua succus est.

حَطَّابٌ Lignorum venditor; *et Adi.* Minutas lignorum in arbore partes depascens *camelus.*

حَطُوبَةٌ Manipulus, fascis ligni aridi.

حَطِيبٌ *Fem.* ة Lignis abundans (*locus*, *terra*).

حَطَّابَةٌ Lignatores *Djeuh.*

حَوَاطِبُ Colligentes et apportantes ligna *feminae.*

أَحْطَبُ *F.* حَطْبَاء Valde macilentus; Infelix, infaustus.

مِحْطَبٌ Falx putatoria.

مُحَاطِبَةٌ Spinas aridas devorans (*camela*).

حَطْحَطَ Demissus fuit; 2) Properavit (*conf.* حط).

حَطَرَ 1) Compressit (*puellam*) *c. a. p.*; 2) Tetendit (*arcum*) *c. a.* b) حُطِرَ Prostratus fuit humi.

حَاطُورَةٌ Penetrans *ensis.*

حَطْرِبَةٌ Angustia vitae (*conf.* خطربة).

حَطَلٌ *Pl.* أَحْطَالٌ Lupus.

حَطَمَ *F. i.* 1) *n. a.* حَطْمٌ Fregit *c. a.*, *aut proprie de arida re*; 2) Adussit *frigus herbam Reisk.*; 3) Fregit, debilitavit *senectus aliquem c. a. p.* b) حَطِمَ *n. a.* حَطَمٌ Annosum fractum et debile fuit *iumentum.* II Fregit *c. a. r.* V Fracta fuit *res*; Exarsit (*irâ*). VII Fracta fuit *res aut proprie de arida.*

حَطَمٌ Morbus in pedibus iumenti.

حَطِمٌ Debilis et quasi fractus, *special.* senio (*equus*).

حُطَمٌ Durus, saevus, pastor (*conf.* حُطَمَةٌ); Vorax, qui edendo frangit.

حُطَامٌ Quod prae ariditate frangitur.

حَطْمَةٌ Senectus; Annus sterilis; Impetus (*fluxus aquae*). *vid.* ضحم.

حِطْمَةٌ *Pl.* حِطَمٌ Fragmentum, segmentum rei aridae fractae; *et dicitur* حِطَمٌ صعدة Ovi cortex.

حُطْمَةٌ Annus sterilis.

حُطَمَةٌ Vehemens *de igne*; Infernus, Gehenna, *vel* Eius aliqua porta; Multum edens *vir*; Immitis pastor (*frangens unum per alterum*). *Dicitur in traditione* (*non in proverbio ut Djeuharius vult*) شر الرعاء الحطمة. Magnus, crassus (*de camelis*, *ovibusque*).

حَطُومٌ *c. artic.* Leo.

حَطِيمٌ *In huius vocis sensu accuratius definiendo interpretes non videntur consentire. Kamusi enim auctor haec affert:* - Septum templi Meccani in boreali latere (حجر) *aut* eius murus; *aut* Locus, qui est inter angulum (*templi ut videtur* الركن) et puteum زمزم appellatum (in ortus hiberni latere, *Südost*) et locum Abrahami (المقام qui paulum distat a templo in Orientis latere). Quidam addunt „et septum in boreali latere (حجر), *aut* Locus inter locum Abrahami (المقام) et portam, *aut* Locus inter angulum nigrum (الركن الاسود *esse videtur* angulus ubi est lapis niger *in ortus hiberni latere*) usque ad portam usque ad locum ubi ad preces faciendas convenientes homines propter magnam hominum multitudinem premuntur et quasi franguntur, quo in loco tempore ante Mohammedem inter se iurare solebant; *tum* Plantae ex anno praecedente remanentes.

حَطَّامٌ *c. artic.* Leo.

الحاطمة Nomen Meccae.

حُطَامَةٌ Particulae rei aridae fractae; Ovi cortex, res exigua, minuta. بنو حطامة Nomen tribus diversae ab ea gente quae بنو خطامة nomen gerit.

حَاطُومٌ Annus sterilis; Digestionem cibi promovens res (هاضوم non حَاضُومٌ ut in Kamusi editione Calc. legitur).

حَطَمِيَّاتٌ Loricae, a viro appell. حُطَمَةُ بن مُحَارِب, qui unus fuisse dicitur e gente بنو عمرو بن مرثد appellata, quae ad tribum Kais ben - Tsalabah referenda (*Citab Aladhdad*), factae, *aut* Gladios frangentes, *aut* Graves pondere et largae.

مُحَطِّمٌ Omne frangens; *inde c. artic.* Leo.

حَطْمَرَ 1) Implevit *c. a.*; 2) Tetendit *arcum c. a.*.

مُحَطْمَرٌ Iratus.

حَطَا *n. a.* حَطْوٌ Movit concutiendo (*rem*). *Quas praeterea Golius ex Kamuso adnotavit significationes, in illo opere non sunt*). XII احْطَوْطَى Inflatus fuit.

حَطًا *Coll.* Pediculus magnus.

حَطْوَاءُ Rubra (*de ovibus*).

حَظَّ *pro* حَظِظَ *F. a. n. a.* حَظٌّ Bona sorte, commodorum copia et felicitate potitus fuit *in re*. IV Felix factus est, *vel* Portione potitus fuit.

حَظٌّ *Pl.* أَحُظٌّ (*in paucis*) حُظُوظٌ, حِظَاظٌ, حِظَاءٌ, حُظٌ, et *irreg.* أَحَاظٍ (*haec in multis*) Portio; Felicitas, *vel proprie* Portio boni cuiusdam. حظ النفس Desiderium animi vituperandum, ex quo impleto voluptatem capimus (*ut in puniendo insonte*). حظوظ النفس Res abominandae, flagitia. *De Sacy Chrest. ar. T. I. p.* 447; *et dicitur* الحظ المشوم Fortuna adversa. *Vita Tim. T. I. p.* 416 *ed. Mang.*

حَظٌّ Felix (*vir*)

حُظُظٌ, حُظُظٌ *pro* حُضُضٌ, حُضَضٌ (*quod vid.*) Gummi ei simile cui nomen صبر est.

حَظِيظٌ Felix *vir*.

حَظِّيٌّ *Id.*

مَحْظُوظٌ *Id.*

حَظَبَ *F. i. n. a.* حُظُوبٌ; *et b*) حَظِبَ Pinguis fuit et ventrem plenum habuit.

حَظِبٌ *F.* ة Parvus, ventrosus *vir*.

حَاظِبٌ Pinguis et ventrem plenum habens.

حِظَبٌّ Pronus ad iram.

حُظُبٌّ *F.* ة Parvus, ventrosus *vir*; Iniustus, durus, vehemens, avarus.

حَنْظَبٌ *et* حُنْظُبٌ *Coll.* Locusta mas; *vel* Scarabaeus mas, *vel eorum* Species longa, *vel sec. nonn.* Insectum scarabaeo simile.

حِنْظَابٌ Parvus, difficilis indole.

حُظُبَّةٌ Pronus ad iram.

حُنْظُوبٌ Mulier crassa, vilis, parum utilis.

حُظُبَّى Dorsum, corpus.

حُنْظُبَى *Id.*

حُنْظُبَا *et* حُنْظُبَاءٌ *i. q.* حُنْظُبٌ.

مُحْظَئِبٌ Pinguis et ventrem plenum habens; Dorsum *vel* corpus.

مُحْظَنْبِي Dorsum *vel* corpus.

حَمَرَ *F. o.* 1) Scabit (*lorum*), detracta cuticula exteriore (قشر) *c. a.*; 2) Deglubit et excoriavit (*ovem*) *c. a.*, *et* scabendo a carnis partibus mundavit *pellem*; 3) Rasit (*caput*) *c. a.* b) حَمِرَ *F. a. n. a.* حَمَر 1) Indigestionem ex hordeo percepit *equus*, *vel* Corruptus fuit odor oris eius; 2) Ob pinguedinem asino simile factum fuit vecordia *iumentum*; 3) Exarsit ira (*vir*). II *n. a.* تَحْمِير Asini nomine appellavit *c. a. p.*; Dialecto seu idiomate Himjaritarum (Arabum antiquorum Arabiae felicis) loquutus fuit; Minutim ut carnis frusta dissecuit *rem*; Quantum avi حمرة appellatae sufficit dedit *i. e. paucum*; Rubrica notavit, rubris characteribus scripsit *c. a. r.* IV Collegit, velociter incessit *Gol. ex Mar.*; Natus ei est filius ruber; Pabulum dedit, ut os foetidum fieret *c. a.* V *i. q. Conj.* II. IX Rubuit; Dura ac violenta fuit (*mors et alia res*). احْمَرَّ البَأْس Magnum fuit infortunium, malum. XI Rubuit multum.

حُمْر Taramindi et Bitumen Iudaicum. *Coll. nom. unit.* حُمْرَة (*nisi potius hanc formam singularis, illam* حُمْر *pluralis esse vis*) Avis quaedam (*ut* حُمَّرَة).

حِمَار *Pl.* حُمُر, حَمِير, أَحْمِرَة, حُمُور, حُمُرَات, مَحْمُورَاء Asinus, *et* Onager. حمار وحشي *vel* حمار وحش Onager. *conf.* عير فرا *et* حمار الحجل. Asinus perdicis *i. e. Bekasine*. حِمَارُ قَبَّان *Pl.* حُمُر Nomen animalculi *sc.* millepeda, *ea quae Graecis quoque ὄνος dicta*; Lignum in anteriore sellae parte; Ligna tria, super quae aliud quartum ponitur, et quorum ope vincitur; Lignum super quo poliuntur enses, et similia alia; Nomen viri ex Ahditis, *a quo proverbium originem duxit* القر من حمار. حَمَارَان

Lapides duo, super quibus tertius tenuis ponitur علاة appellatus, in quo siccatur lac acidum. الحماران Nomen stellarum duarum. *conf. Ideler Unters. p.* 159.

حُمَّر *Coll. nom. unit. c.* ة *Pl.* حُمَّرات Avis passeri similis, capite rubro.

حَمِر Vehemens terramque quasi scabens (*imber*); Ardentissimus (*de aestu aestatis*); Pessimus (*de viro*).

حُمْرَة *Pl.* حُمَر Rubedo; Anthrax pestilens; Arbor, quam asini amant. ذو حُمْرة Dulcis (*de dactylis recentibus*).

حُومَر *i. q.* حُمَّر.

حَمِير Lorum album, derasa interiore parte attenuatum: *quo firmantur ephippia.* اصحاب الحمير Vehementia aestus. ابن حمير Nox obscura.

حِمْيَر Himjaritae (Arabiae Felicis tribus, ita dicta ab Himjar fil. Sabae).

حَمْراء Barbari ab Arabibus distincti; Vehementia ardoris in meridie (*vid.* أحمر *cuius femininum est*).

حامِرة Asinarii, agasones.

حَمّار *Pl.* حَمّارة Agaso, asinarius.

حَمارة (*ex licentia poet. pro* حَمّارة) Vehementia caloris.

حِمارة (*interdum*) Asina; Petra magna; Lapis positus circum aquae receptaculum ne diffluat aqua, *et* circum latibulum venatoris; Lignum in pilento camelino. *Plur.* حمائر Lapis largus, qui sepulchri foveae لحد dictae imponitur; Terra petrosa quaedam; *item* Superior et convexa pedis pars supra digitos.

حَمِيرة Lorum tenuius album in ephippio, quod et اشكز appellatur; Instrumentum quo gossipium discriminant mulieres (*Gol. ex Djeuh.; sed ibi sensum hunc non inveni; rectius videtur* حنيرة).

حَمّارة Equus mare Arabico, femina alia genitus; *Pl.* حمّار Vehementia caloris *in aestate* (*a poetis et sine Teschdido scribitur*).

الفريضة الحمارية Ea haereditatis species *est*, quae المشتركة appellatur et cuius plures sunt participes.

أَحْمَر *Fem.* حَمْراء *Pl.* أحامر *si natura ita est constitutus, sin autem arte Pl.* حُمْر *et* حُمْران Ruber, rubicundus; Is qui arma secum non habet; Dactylus; Aurum; Safaranum; Nomen odoramenti خلوق aliter appellati. الموت الاحمر Caedes *vel* mors violenta. الحسن احمر *Prov.* Pulchritudine eodem modo affligitur amans quam in bello. احمر ثمود *est* cognomen Kudsari ben-Salif, *pro quo metri causa aut errore seductus Sohairus dixisse videtur* احمر عاد. السنة الحمراء Infelix annus; *et a rubro* Nova, nec trita *via*, وطأة حمراء *cui contrarium est* وطأة دهماء; *item contr.* Albus, barbarus, *opponitur ei qui* أسود niger *dicitur. Dicitur* اتاني كل اسود منهم واحمر Omnis niger et ruber eorum ad me venit *i. e.* omnes homines tam Arabes quam barbari. *Dual.* الاحمران Caro et vinum. *Plur.* الاحامرة Res natura rubrae, *ut* panis, vinum et species odoramenti خلوق appellati; Barbarorum gens quaedam sedem habens Cufae *Djeuh.*, Bazrae *Kam.*

أحمري Ruber.

يَحْمُور Onager.

تَحْمير Modus pravus, quo concinnatus est uter a coriario.

تَحَمْيَر (*a* حمير) Idiomate Himjaritarum locutus est; Indoles eius mala fuit.

مِحْمَر Instrumentum, quo interius pellis latus scabendo a carnis reliquiis mundatur; Is, qui non dona dat, nisi cum difficultate; Vilis.

مُحْمِر Camela, cuius in utero foetus remanet donec ipsa moritur.

مُحَمَّر Equus mare Arabico, femina alia genitus.

مُحَمِّر Unus e secta مُحَمِّرة appellata.

مُحَمِّرة Pars sectae خرمية appellatae, quae sectae مبيضة contrariam sententiam defendit.

يَحْمُور Ruber; Animal, ad genus pertinens cui est apud Arabes nomen بقر الوحش *conf.* البقر الوحشي; Onager; Avis quaedam.

حَمْرَدة Lutum in fundo cisternae.

حَمْرَقة Lana *ovis*.

حَمارِس Validus, audax; *c. artic.* Leo.

حَمَزَ *F. i.* 1) Linguam punxit acri sapore (*vinum*) *c. a.*; 2) Acuit *rem*, *cuspidem c. a. r.*; 3) Cepit (قبض), *ut animum sermo c. a. r.* b) حَمُزَ *n. a.* حَمَازَةٌ Dura fuit *res.*

حَمْزٌ Acrimonia saporis.

حَامِزٌ *F.* ة Is in quo est acrimonia saporis (*fructus*). حامز الفؤاد Acer, agilis *vir.*

حَمْزَةُ *c. artic.* Leo; Nomen oleris.

حَمُوزٌ Firmiter capiens, tenens. *Ita dicitur* انه لحموز لما حمزه.

حَمِيزٌ Durus. حميز الفؤاد Acer, agilis *vir.*

حَمَازَةٌ Durities, fortitudo.

الحَمْزِيَّة Nomen sectae eorum, qui addicti erant viro حمزة بن ادرك appellato. *Nulla in re a secta eorum, quibus nomen* الميمونية *est, dissentiebant, nisi quod contra eos incredulorum liberos esse in inferno contendebant.*

أَحْمَزُ Firmior.

مَحْمُوزٌ *ut* محموز البَنَان Is cuius digitorum extrema pulpa valida est.

حَمِسَ 1) Coxit in sartagine *carnem c. a. r.*; 2) Ad iram incitavit *aliquem c. a. p.* b) حَمِسَ Vehemens, validus et constans fuit *in religione*, strenuusque valde *in proelio.* II Ad iram incitavit *c. a. p.* IV Ad iram incitavit *aliquem c. a. p.* V Durum se gessit et contumacem *tam in bello quam in religione.* VIII Concitati fuerunt (*galli*). XII اِحْمَوْمَسَ Iratus fuit.

حَمْسٌ Vox; Sonus submissus virorum.

حَمِسٌ Fortis, durus, constans *tam in religione quam in pugna.*

حَمَاسٌ Nomen arboris. *Reisk.*

حَمَسَةٌ *Pl.* حَمَسٌ Animal marinum, *sec. nonn.* testudo.

حَمْسَةٌ *i. q.* حَرْمَةٌ.

حَمِيسٌ Fortis, bellicosus, vehemens; Furnus.

حَمَاسَةٌ Fortitudo; Carmen recentius, conditum postquam Arabes Barbaris fuerunt permixti *Gol. ex Cl. Mar.*

حَمِيسَةٌ Caro frixa.

حَوْمَسِيسٌ Emaciatus.

أَحْمَسُ *Pl.* حُمْسٌ Durus, constans, fortis *in religione vel in pugna.* الحُمْسُ Loci duri. *Inde quoque* cognomen tribus Koraisch Cinanath et Djadilah et gentium cum his coniunctarum, *ortum aut quod constantes erant in religione aut quod ad Caabam, cui nomen* الحمساء *est, confugerunt.* الاحمس Annus gravis, sterilis; *et dicitur* سنة حمساء *Pl.* سنون احامس *et* سنون حُمْس; *tum* وقع فى هند الاحامس Incidit in calamitatem *vel* mortuus est.

تَحْمِيسٌ Quum medicamenti vel alius rei aliquid sumitur et paulum igni superimponitur.

حَمَشَ *F. i.* 1) Gracilis fuit (*tibia*); 2) Congregavit, collegit *c. a. r.*; 3) Ira accendit *c. a.*; 4) Propulit in ira (*homines c. a. p.* b) حَمِشَ *n. a.* حَمْشٌ, حَمْشَةٌ 1) Iratus fuit; 2) Vehemens, grave fuit (*malum*); 3) *n. a.* حَمَشٌ, حَمْشٌ Tenuibus fuit tibiis *vir.* c) حَمُشَ *n. a.* حُمُوشَةٌ Gracilis fuit *tibia.* II Collegit, congregavit *c. a. r.* IV Accendit ira *c. a. p*; Aucto igne eiusve ardore excitavit (*ollam*) *c. a.*; Ligno addito auxit (*ignem*) *c. a.*; Instigavit *aliquem c. a. p.* V Iratus fuit. VIII Inter se dimicarunt (*galli*); Ira exarsit. X Ira exarsit.

حَمْشٌ Gracilibus praeditus *tibiis*; *F.* ة Paucum carnis habens (*nervus*). *Dicitur* اوتار حمشة.

حَمِشٌ *Fem. c.* ة Paucum carnis habens *nervus.* *Dicitur* اوتار حمشة.

حِمَاشٌ *Pl.* Graciles (*tibiae*).

حَمْشَةٌ *nomen* Gracilitas in pedibus.

حَمِيشٌ Pinguedo; adeps.

أَحْمَشُ Gracilibus praeditus *tibiis*; Paucum carnis habens (*nervus*).

مُسْتَحْمِشٌ *F.* ة Paucum carnis habens (*nervus*). *Dicitur* اوتار مستحمشة.

حَمَصَ *n. a.* حَمْصٌ *et* حُمُوصٌ 1) Detumuit sedatumque fuit (*vulnus*); 2) Quievit motus vehementior *oscilli* (أُرْجُوحَة); 3) Leniter extraxit ex oculo suo (*festucam*) *c. a.*; *n. a.* حَمْصٌ Leniter motus fuit ultro citroque (*puer*), dum non ab alio oscillabatur; 4) Sudore multo manavit *iumentum.* II *n. a.* تحميص Medio die venatus fuit

dorcades. V Contractus fuit; Arescens corrugata fuit *caro*. VII Deminutus fuit *tumor*, *ita et* bulliens (*olla*); Contractus, Gracilis factus fuit; Postquam crassa et corpulenta fuerat *camela*, macie affecta est. Edit folia arboris سلم (قرظ) et inde rubra non amplius crassa evasit *locusta*; Decrevit *tumor*.

حِمْص *Fem.* (*et quoque ut masculinum usurpatur*) Emessa, oppidum Syriae, cuius incolae e Iemana originem ducunt.

حِمِّص *et* حِمَّص *Coll.* Ciceres.

حَمِيصَة *Pl.* حَمَائِص Ovis furto ablata.

حِمْصِي Emessa oriundus; *apud Bagdadenses* Homo stultus.

حِمَّصِيص *et* حُمَّيْصِيص *nom. unit. c.* ة Herba in arenis nascens acris, in lacte ponitur.

أَحْمَص Fur, qui oves furatur.

مُحَمَّص In sartagine frixum.

مُحَمَّاصَة Latro solers.

مَحْمُوصَة Ovis furto ablata.

حَمَض 1) Aversatus fuit *rem c.* عن *r.*; 2) Desideravit, cupivit *rem c.* ب *r.*; 3) *n. a.* حَمْض Acidus fuit; 4) *n. a.* حَمْض *et* حُمُوض Depastus fuit (*camelus*) amaram et salsam plantam, quae حمض dicitur. b) حَمِض Acidus fuit (*aut haec forma in lacte adhibetur*). c) حَمُض *n. a.* حُمُوضَة Acidus fuit. II *n. a.* تَحْمِيض Parum dedit et fecit *ex. gr. in hospitalitate c.* ل *p. et* ڤ *r.* IV Acidam reddidit *rem c. a. r.*; Depastus fuit (*camelus*) plantam حمض; Edendam dedit camelo plantam حمض *c. a. cam.* *Tum adhibetur*, *quum aliquis a serio ad iocum transit* Multas attulit narratiunculas ioco plenas.

حَمْض *Pl.* حُمُوض *Coll.* Salsa et amara planta (*quaevis*) (*contrarium est* خلة), *quae amara camelis tanquam fructuum aut carnis loco est*, *dum dulces panis locum tenent*.

حَامِض Pravus (*animo*, *corde*) *vir*; Rumex, *Rhasi Reisk.*

حَمْضَة Appetentia rei.

يوم حَمْضِي Dies quidam inter Arabes pugna celeber.

حُمَّاض Oxalis herba, cuius folia intybo هندبا similia sunt. *Eius usus in medicina in Kamuso describitur*, *vid.* حمصيص; Res acidae; Id quod est in interiore citreo.

حَامِضَة *Pl.* حَوَامِض Plantam حمض depascens (*camela*). الحَوَامِض Aquae quaedam salsae.

حُمُوضَة Sapor acidi; Acrimonia saporis.

حَمِيضَة *Fem. cuius Pl.* حُمُض Plantis حمض abundans *terra*.

حَمْضِيَّة Plantas حمض semper depascentes et in iis stantes *cameli*.

مَحْمَض Locus, ubi plantae حمض sunt.

مُحْمِض *Id.*

مُسْتَحْمِضَة Tarde crassum *lac*.

حَمَط *F. i.* Decorticavit *c. a. r.* II *n. a.* تَحْمِيط Arborem apud vitem plantavit, ut eam a solis ardore defenderet *c.* على; Deminuit; In verberando homine studium non adhibuit; *inde Prov.* اذا ضَرَبْتَ فلا تُحَمِّط.

حَمَاط *Coll. nom. unit. c.* ة Sicca herba, quae recens الافاني vocatur, ea serpentes gaudent; *unde et* شيطان حماط *dicitur eodem modo ac* ذيب غضا *et* تيس حُلَّب *Djeuh.*

حَمَاطَة *Pl.* حَمَائِط Plantae cuiusdam nomen; Arcanum cordis, aterque eius sanguis; *item* Asperitas in gutture. *Pl.* حَمَاط Arbor fico similis serpentibus grata; *et* Ficus in montibus crescens, *vel* niger parvus; sycomorus; Stramen melicae *vel* herba ei, quae صليان appellatur similis, sed tactu aspera *Kam.*

حَمَطِيط Planta quaedam; Serpens; Vermis, qui in oleribus tempore veris est.

حُمَّاطَة *et* حُنْدُول *Pl.* حَمَاطِيط Animalculum in herbis vivens.

حِمْيَاطَى Nomen prophetae Muhammedis in libris antiquis, quod حامي الحرم significare dicitur.

حَمْطَر 1) Implevit *utrem c. a. r.*; 2) Instruxit nervo *arcum c. a. r.*

ابل مُحَمْطَرَة Cameli stantes et onusti.

حَنْظَل Colocynthis (*conf.* حنظل); *inde*

حَنْظَل Colocynthides collegit.

حَمِقَ *F. a. n. a.* حُمْقٌ, حُمُقٌ Mente laboravit, stultus fuit. b) حَمُقَ *n. a.* حَمَاقَةٌ *Id.*; 2) حَمُقَ السوق Friguit forum, ubi nihil distractum. II *n. a.* تحميق Fatuum dixit; Ad stultitiam retulit *c. a.* حَمَّقَ Vinum bibit.
III Iuvit in stultitia, eaque conspiravit (*cum alio*) *c. a. Djeuh.* IV Stultum comperit; stultitiam commonstravit. VI Stultitiam simulavit ac prae se tulit. VII Viluit, abiectusve evasit; Stultus fuit; obtusus fuit (*gladius*); Trita fuit (*vestis*); *i. q. Conj. I.* Friguit *forum*; Egit stultorum modo. X Stultum reputavit *c. a.*; Egit stultorum modo; Stultus fuit.

حُمْقٌ Stultitia, dementia; Vinum. نومة الحُمْقِ Somnus post tempus pomeridianum (quum isto tempore nemo nisi ebrius *etc.* dormiat).

حَمَقٌ Albus humor ex rima muliebri profluens.

حَمِقٌ Stultus; Vir cuius barba tenuis est.

حُمُقٌ Stultitia, dementia.

حُمَاقٌ Variolae, *vel* exanthemata iis similia.

حُمَاقٌ *Id.*

حَمِيقٌ Planta quaedam.

عرف حَمِيقٌ جَمَلَهُ, حَمِيقٌ *Prov.* Novit stultus camelum suum *i. e.* quamvis sit stultus, hunc tamen noscit.

حَمْقِيقٌ Planta quaedam.

حُمَيْقَى *i. q.* حُمَاقٌ.

حُمَيْقَاءُ *i. q.* حُمَاقٌ.

حماقات Ludibria.

حَمُوقَةٌ Valde stultus.

حُمَيْقَةٌ *Id.*

حُمَيْقِيقٌ Avis quaedam alba.

حُمَيْقِيقٌ *Id.*

أَحْمَقُ *Pl.* حُمْقٌ, حُمُقٌ, حَمَاقٌ, حَمْقَى, حَمَاقَى, حُمَاقَى *Fem.* حَمْقَاءُ Fatuus, stultus. بقلة الحمقاء *et* اَلْبَقْلَةُ اَلْحَمْقَاءُ Portulaca (رجلة).

أُحْمُوقَةٌ Valde stultus.

مُحْمِقٌ Gracilis (*de equo*), *vel* Talis, cuius pulli ante ceteros omnes pariuntur; Pariens stultos *femina* (*et dicitur* محمقة).

مِحْمَاقٌ Frequenter pariens fatuum infantem (*mulier*).

مَحْمُوقٌ Pustulis حماق appellatis affectus.

مُحْمِقَاتٌ Noctes, in quibus luna splendet per totam, ita ut, dum nubes eam tegit, tu putes mane adesse.

حَمَاقِيسُ Calamitates, infortunia.

تَحَمْقَسَ Turpem se gessit.

حَمَكَ *n. a.* حَمْكٌ Incessit, abiit *ad viam indicandam.*

حَمَكٌ *Coll. nom. unit. c.* ة Res parvae cuiuslibet generis; Pediculus; Lens; Homines viles; Formicula perquam exigua; Agnus; Pullus struthiocameli, avis Kathae; Radix et natura rei; Viae duces haud solertes, sed errantes.

حَمَكَةٌ Brevis corpore, deformis (*femina*).

حَمَلَ *F. i. n. a.* حَمْلٌ, حُمْلَانٌ 1) Portavit *onus in dorso c. a. r. et* على; *tum ellipt.* حمل اليه Misit dona ei, *de Sacy Chrest. T. II. p.* 120 *ed. alt.*; Introduxit *rem* in regionem *ut vinum etc.*; 2) Impulit *aliquem* ut perageret *aliquam rem c. a. p. et* على *r.*; 3) *In sensu Gramm.* Unum verbum alteri conveniens reddidit et eo retulit *c.* على; 4) Attribuit, imputavit *c.* على *p.*; 5) *n. a.* حَمَالَةٌ Praes fuit *alicui c.* ب *p.*; 6) *n. a.* حَمْلٌ Gravida fuit *mulier* (*non vero aut raro tantum cum* ب *construitur*); 7) *n. a.* حَمْلٌ Tulit fructum *arbor*; 8) Ostendit *iram c. a. Inde dictum esse volunt* لم يحمل خبثا Non apparuit eo pravum; 8) Memoria tenuit *librum c. a.*; 9) Dissidium excitavit *inter gentem c.* على *p. Djeuh.*; 10) Impetum fecit *in proelio in aliquem c.* على *p.*; 11) Molestia affecit *se in itinere c.* على *p. et* في *itin.*; 12) Patienter tulit *fastum alicuius c. a.*; 13) حمل على الفنا Perniciei tradidit; 14) حُمِلَ عليها Inita fuit ab admissario; 15) Dedit equum, quo veheretur, *alicui c. a. p. conf. de Sacy Chrest. T. II. p.* 154 *ed. alt.* II *n. a.* تَحْمِيلٌ, حِمَّالٌ Oneravit; Fecit, petiit, iussitve, ut portaret *onus*, *vel* perferret (*epistolam*) *c. a. r. et a. p.* IV Imposuit onus *c. a.*; Addidit argento ad adulterandum *aliud quid c. a. et* على *alt.*; Dedit camelos onerarios *alicui. Reisk.* (*sed videtur*

Coniugatio prima); In portando *onere* iuvit *c. d. a.*; Emisit lac citra conceptum (*mulier vel camela*). V *n. a.* تَحَمُّل, تَحْمَالٌ Impositam *rem vel* iussus ab altero portavit *aliquid c. a. r.*; Suffultus fuit; Sublatis impedimentis castra movit seu discessit; Deposuit apud quendam. *Reisk.* VI Inclinavit *contra aliquem*, studio partium laboravit *c.* على *p.* تحامل على نفسه Molestiam suscepit; Suscepit quamvis sibi molesta esset *rem c.* في *vel c.* ب *r.*; Imposuit, quod portare non potuit, *alicui c.* على *p.* VII Incitatus, impulsus fuit *ad rem peragendam c.* على *r.* VIII Portavit *c. a. r.*; Secum duxit, abduxit *captivos Diw. Huds.*; Admisit *rem c. a. r.*; Fieri potest, *ut c.* أن; Onus imposuit, et asportavit *c. a. r.*, *pecul.* impedimenta: et ex mansione discessit. احتمل اليه Profectus fuit ad eum; Toleravit, patienter tulit; Emit captivum, qui de terra in alteram abductus est; De collo sibi quasi suspendit beneficium alterius et pro eo gratias egit *c. a. r.* احْتُمِلَ لَوْنُهُ Iratus fuit et alteratus *c.* على. X Imposuit *sibi res suas*, *ita ut ipse eas perageret c. a. r. et acc.* نفس; Ut portaret rogavit *c. d. a.*; Suas res alteri imposuit.

حَمْلٌ *Pl.* حِمَالٌ, أَحْمَالٌ Foetus qui in utero est. *Pl.* حمال, حُمُول, أَحْمَال Fructus arboris (*in hac significatione effertur quoque* حِمْل, *ita tamen ut diversitas quaedam inesse videatur. Adhibere enim videntur* حمْل *in iis fructibus, qui adparent;* حِمْل *autem in iis, qui in interiore aut superiore arboris parte sunt. Aut* حمْل *de fructibus paucis, non magnis,* حِمْل *autem de multis magnisque in usu est*); Status praegnantis. حمل المواطأة *Terminus philos.*, *qui ita in libro* التعريفات *definitur* عبارة عن أن يكون الشيء محمولا على الموضوع بالحقيقة بلا واسطة كقولنا الانسان حيوان ناطق بخلاف حمل الاشتقاق اذ لا يتحقق فيه ان يكون محمول كلنا للموضوع كما يقال الانسان ذو بياض والبيت ذو سقف.

حِمْلٌ *Pl.* أَحْمَالٌ Onus. *Pl.* حُمُول Pilenta camelina; *tum* Cameli in quibus sunt pilenta (*in singulari dicitur quoque* حِمْل).

حَمَلٌ *Pl.* حُمْلَانٌ *et* أَحْمَالٌ Agnus, *aut* in ovibus omnis agnus qui جذع appellatur, vel eo iunior; Nubes multam aquam habens; Primum Zodiaci signum (*conf. Ideler Unters. p.* 132 *sq.*). لسان الحمل Arnoglossa, plantago.

حَامِلٌ *Fem. c.* ة *Pl.* حَمَلَةٌ Portans; Baiulus; Fructus ferens *arbor*. حَامِلٌ Praegnans *femina* (*et quoque dicitur* حاملة). حَمَلَة القران *Pl.*, qui Coranum memoria tenent.

حِمَالٌ *Pl.* حُمُل Lytrum, quod quis pro alio adfert.

حَمْلَةٌ Impetus et incursus in pugna.

حَمْلَةٌ Portatio rei ex domo in alteram.

حُمْلَةٌ *Id.*

حَمُولٌ Mansuetus, mitis.

حَمِيلٌ Portatus; Nothus, ex scortatione natus; Peregrinus; Socius; Praes, sponsor; Embryo in ventre matris, quum ipsa ex terra infidelium ablata est; Quisquiliae *sc.* spuma, arboris folia, festucae *etc. in torrente*; Nigrae et flaccidae partes *in herba* (وشيج *et* ثمام); Interior pars alvei plantas non producens; Proiectus infans, quem aliquis aufert et educat.

حُمَيْلٌ Luscinia *Meid.*

حُمْلَانٌ Iumenta oneri portando destinata (*praecipue de iis, quae dono data sunt*); Id quod inservit adulterandae pecuniae (*in aurifabrorum usu loquendi technico*).

حَمَّالٌ Baiulus.

حَامِلَةٌ Cophinus in quo uvas in locum, ubi siccantur, portant. *Pl.* حَوَامِل Brachii pedisque nervi. الحَوَامِل Pedes.

حَمَالَةٌ Lytrum, quod una gens pro altera affert.

حِمَالَةٌ *Pl.* حَمَائِل (*Est haec Chalili sententia; Alazmaius autem vocem* حمائل *carere singulari contendit*) Baltheus de quo ensis pendet; Onera portandi ars, negotium.

حَمُولَةٌ Iumentum onerarium (sive sit camelus sive asinus aliudve animal tam onustum quam onere vacuum); Onera.

حُمُولَةٌ Onus iumenti.

حُمُولَةٌ *Pl. vocis* حِمْل Onera iumentorum.

حَمِيلَةٌ Baltheus de quo ensis pendet. حمائل الذكر Nervi in radice et cute penis. هو حميلة علينا *i. e.* Paupertas, calamitas, et domestici.

حَمْلِيّ (*opponitur* شَرْطِيّ) Categoricus. *Philos.*

مَحْمِل 1) Uterus. (*Diw. Huds.*); 2) *Pl.* مَحَامِل Pilento similis res in utroque cameli latere, cui duae oneris sarcinae imponuntur; 3) Cophinus, in quo uvae portantur in locum, ubi siccantur; 4) محامل الذكر Nervi in radice et cute penis; 5) Locus, quo aliquis nititur. *Dicitur* ما على فلان محمل Non est fiducia in aliquo ponenda. 5) Iumentum; *inde dicitur* محامل الحاج; 6) Pannus holosericus, *inprimis* qui regum munus Meccam quotannis portatur quo Caabae templum ornetur.

مِحْمَل *Pl.* مَحَامِل Baltheus gladii; Vena, radix arboris (*a poeta Dsu'l Romma adhibita significatio*).

مُحْمِل Femina, cuius lac fluit, dum praegnans non est.

مَحْمُول Portatus; Celeber, fortunatus (*vir*), quod equos agiles inequitavit; Attributum. *Reisk.*

مَحْمُولَة Triticum pulverulenti coloris grana multa habens.

مُتَحَمِّل Onus ferens; Mala tolerans.

مُتَحَامَل (*tanquam nomen actionis formae sextae et nomen loci ut dicatur* ما فى فلان متحامل *et* فى المكان هذا متحامَلنا.

شَهْر مُسْتَحْمِل Mensis qui molestiam homines tolerare cogit.

مَحَامِلِيّ Is qui conficit res محامل appellatas.

حَمْلَجَ Vehementius firmiusque contorsit (*funem*) *c. a. r.*

حِمْلَاج Follis aurifabri.

حَمْلَقَ Apertis oculis et fixis intuitus fuit.

حِمْلَاق *Pl.* حَمَالِيق *et* حَمَالِق *ex licent. poet.* Interior ciliorum pars, quae collyrio nigra est *vel* albedinis oculi pars ab iis tecta, *vel* interior et rubra pars ciliorum cuius rubedo appareat, quando eam collyrii causa circumvertis, *vel* interior pars collyrio tincta et oculum tangens.

حِمْلَاق *Id.*

حُمْلُوق *Id.*

حَمْن Ricini parvi.

حَمْنَان *Coll. nom. unit. c.* ة Ricini, insecti lividi quadrupedia infestantis, genus minus; *maius est* حلم; 2) Uva Tajefitica cum parvis granis, *vel* Parva grana inter magna in uvis.

حَوْمَان Planta quaedam in desertis crescens.

حَوْمَانَة *Pl.* حَوَامِين Locus durus et asper.

مَحْمَنَة Ricinis حمنان abundans (*terra*).

حَمٌ, حَمَا *et* حَمُو (*apud poetas*) *et* حَمْو *et* حَمْء Socer *sc.* pater mariti eiusque cognati. حَمُو الرجل Socer *sc.* pater uxoris, vel eius frater aut avunculus, *aut Pluralis* أَحْمَاء in cognatis uxoris tantum adhibetur (*conf.* اصهار).

حَمْو Ardor solis.

حَمَاة Socrus *sc.* mater uxoris; 2) حَمَوَات Nervus (عصبة) in tibia.

حَمَا *F. i.* 1) *n. a.* حَمْي, حِمَايَة, مَحْمِيَة Defendit, tuitus fuit, prohibuit, ne alius quis *rem* attingeret *c. a. r. vel c.* من. حَمَا ظَهْرَهُ Immunis fuit ab insessu vel onere, neque a prato neque ab aqua repellitur (*camelus*), *conf.* حام; 2) *n. a.* حِمًى, حُمْوَة, حِمَايَة, حِمْيَة Prohibuit et abstinere iussit *ut aegrotum aliqua re nocente c. d. a. et c. a. r. et c.* ل *p. et a. r. et c.* ان *et c. a. p. et* عن *r.* b) حَمِيَ *n. a.* حَمِيَّة, مَحْمِيَة 1) Dedignatus fuit, abstinuit prae verecundia vel gravitate *c.* من *vel* عن *r.*; 2) *n. a.* حَمْي, حُمِيّ, حَمُوّ Ferbuit (*ignis*); 3) *n. a.* حَمْي Calidus fuit, sudavit (*equus*); 4) *n. a.* حُمُوّ, حَمْي Calidus fuit *clavus ferreus*; 5) حَمِيَ Iratus fuit *contra aliquem c.* على *p.* (*Alamawi scribit* حَمِيَ). II Fervefecit; Protexit, servavit. III *n. a.* حِمَاء, مُحَامَاة Defendit *aliquem c.* عن *p.*; In honorando *hospite* curam atque diligentiam adhibuit *c.* على *p.*; Prohibuit et abstinere iussit *c. d. a. et a. r.*; Abstinuit prae verecundia vel gravitate *c.* عن *r.*; Fugit hominum adpropinquàtionem. IV Invenit (*locum*) inaccessum, prohibitum, *vel* inaccessum, prohibitum declaravit (*locum*) *c. a.*; Fervidum reddidit *ignem* (*Deus*) *c. a.*; Calefecit *clavum ferreum c. a. r.* (*pro hoc non licet dicere* حَمَى). V Prohibitus fuit; Abstinuit se. VI Cavit, timuit, et evitavit *c. a.*; Remotus fuit, recessit. VIII Abstinuit *aliqua re aegrotus c.* من *r.* XII اِحْمَوْمَى Nigra fuit *res ut nox et nubes.*

حَامٍ *Pl.* حُمَاةٌ Protector; Defensor. الحَامِي Admissarius (*cameli*) qui inivit certis vicibus vel decem; tum nullo amplius onere dorsum eius fatigatur neque eius pili tonduntur, sed libere dimissus nec ab aqua nec a pabulo repellitur. الحَامِي Leo.

حُمَةٌ *Pl.* حُمًى, حُمَاتٌ Venenum; *et* Aculeus *vespae*, *serpentis etc.*; Vehementia frigoris; Fons calidus. حُمَةُ العقرب Ensis quidam.

حَمِى *nempe* حَمِى واللهِ *idem est quod* اما واللهِ.

حِمًى *Dual.* حِمَوَانِ (*Alcesai pro* حِمَيَانِ) Inaccessus, vetitus, prohibitus (*de pabulo etc.*); *inde* Territorium (*arcis*); Res prohibita, interdicta.

حَمْىٌ Fervor *solis*.

حِمَآءٌ Res prohibita, interdicta; *tum* حِمَآءٌ لك *idem est quod* فداءٌ لكَ.

حَمَاةٌ *Dual.* حَمَتَانِ *Pl.* حَمَوَاتٌ Nervus in tibia. (*Alazmaïus dicit in tibia equi duo esse huius nominis* حَمَتَانِ carnis frusta, quae in latere tibiae tanquam duo nervi extrinsecus et intrinsecus appareant).

حُمَّةٌ Fervor.

حِمْيَةٌ Res prohibita, vetita; Victus ratio tempore morbi (*Diät*). *Tochf. Ichwan. p.* 289. *Abulf. Ann. T. III. p.* 94.

حَمِىٌّ Cui, quod ei nocet, interdictum est, aegrotus et omnis prohibitus; Patienter ferens iniurias; Fervens; Custoditus, protectus.

حَمِيَّةٌ Thermae. *Gol. ex Mar.*

حَامِيَةٌ Tripus; Lapis quo puteus tegitur; Vir socios defendens; *et coll.* Homines defendentes, fortes. *Diw. Huds.* هو على حامية القوم Postremus gentis in via est eosque defendit in eundo. مضيت على حاميتى *idem est ac* مضيت على وجهى; *tum Dual.* حاميتان *Pl.* الحَوَامِي Latus ungulae. *Pl.* Latera montis *Diw. Djerir.*; Regiones.

حُمَيَّا Vehementia irae eiusque initium; Vehementia vini, vel inebrians eius vis; Vehementia (*de omni re*); Initium, alacritas *iuventutis*. هُوَ حَامِي الحُمَيَّا Tuetur regionem suam et quod ei adiacet, uti uxor; *item* Calor et prima vini sive doloris commotio.

حَمِيَّةٌ Pudor, gravitas; Generositas in tuendis suis iuribus et officiis. *In libro* تعريفات *inscripto ita definitur* المحافظة على الحرم والدين من التهمة.

مُحْمًى *Fem.* ة Ignitum (*ferrum*).

المُتَحَمِّي Leo.

مُتَحَامَةٌ Inaccessus; vetitus.

حَنَّ *F. i.* 1) *n. a.* حَنِينٌ Sonum edidit (*arcus*); Argutum sonum edidit *camela in pullum*; 2) Commotus fuit ob laetitiam aut moerorem; Desiderio alicuius affectus fuit *c.* الى *p.*; 3) حَنَّ *n. a.* حَنَانٌ Misericordia affectus fuit *erga aliquem c.* على *p.*; 4) *n. a.* حَنٌّ Cohibuit, avertit *malum ab aliquo c. a. r. et* عن *p. et aliquem c. a. p.*; 5) Necesse fuit (*Reiske*, *qua de significatione dubito*). II *n. a.* تَحْنِينٌ Flores produxit *arbor*; Fugit pavidus. *Dicitur* حَمَّلَ فَحَنَّى Impetum fecit et fugit et pavidus fuit. IV Fecit ut sonum ederet (*arcus*) *c. a.*; Peccavit, erravit. V Amore et misericordia affectus fuit (*erga alium*) *c.* على. VI Desideravit, concupivit. X *de Borea* Strepuit. *Reisk.*; Desiderio affectus fuit, concupivit.

حِنٌّ Misericordia.

حِنٌّ Gens quaedam ex daemonum numero, ex quibus canes nigri originem traxisse dicuntur *vel* infimi ordinis debilesque *vel* canes eorum *vel* creaturae, quae medium locum tenent inter homines daemonesque; Insania (*Diw. Huds.*), *conf.* جن.

حُنْنٌ Scarabaeus.

حَانٌّ Desiderio motus, impletus.

حَنَانٌ Misericordia; Stipendiuth; Abundantia, felicitas (بَرَكَة); Reverentia; Gravitas; Cordis teneritas; Malum diuturnum. حَنَانَ اللهِ *i. q.* مَعَاذَ اللهِ. حَنَانَيْكَ Miserere mei una vice post alteram.

حَنَّةٌ Uxor *viri*; *et* Nomen mulieris, *sc.* Anna; Mugitus *cameli*; Misericordia, amor; *et i. q.* حِنَّةٌ.

حِنَّةٌ *i. q.* جِنَّةٌ (*aut pro eo*) *sc.* Furor, insania.

حَنُونٌ Mulier a marito primum separata ob amorem in filium suum se cum eo iterum coniungens; Cum sibilo spirans (*ventus*).

حُنَيْن Affectio amoris; Vehementia ploratus; Motus ex tristitia aut moerore in nobis ortus *vel* sonus eo prolatus; *et* Arguta camelae vox, amoris in pullum testis; Nomen mensis Djumadae prioris et posterioris *et c. artic.* (*conf.* حنّين).

حُنَيْن Nomen sutoris, *qui in proverbium venit in his verbis* رجع بخفى حنين Reportavit ocreas Honaini *i. e.* rem minoris pretii assecutus in re maiore damnum passus est.

حَنَّان Propensus in rem, desiderio eius affectus; Sonum edens sagitta quum eum illisisti inter digitos tuos; Cui est sonus argutus ob celeritatem suam *camelus*; *Fem.* ة Valde misericors, *et c. art.* Dei nomen; Aperta et conspicua (*via*); Tinnitum edens (*arcus*) *sc. tunc quum dimittur attractus nervus*; Sonum edens *nubes.*

حِنَّان Cyprus (الحِنَّاء).

حَانَّة Camela (*ut* آنَّة *ovis*).

حَنُّون Flos فاغية appellatus, vel cuiuslibet arboris flos.

حِنِّين *Pl.* أَحِنَّة, حُنُون, حَنَانِين Nomen mensis Djumadae prioris et posterioris (*et c. artic.*).

حَنَّانَة Arcus, *vel* sonum edens arcus; Mulier, cui maritus erat et quae eius cum amore et tristitia mentionem facit, vel repudiata et iterum nupta, quae vero repudiantis desiderio tenetur.

مُحَنُّون *i. q.* مَجْنُون In terram proiectus, *vel* Insanus, daemone obsessus.

مُسْتَحِن Camela.

حَنَأَ 1) Viridis convolutis inter se plantis fuit (*locus*); 2) Inivit (*feminam*) *c. a. p.*

حَنَّأَ *n. a.* تَحْنِئ, تَحْنِئَة Tinxit cypro herba, eiusve pulvere *barbam suam c. a.* V Tinctus fuit cypro.

حِنَّآء *Pl.* حِنَّان (*specialius est* حِنَّآءة) Cyprus. الحناء حناء قريش *i. q.* قطلب Arbutum *Andalus. et* الاحمر *i. q.* حزاز الصخر Lichen, *et* حناء الغولة *i. q.* شنجار Anchusa. *Beith.*

أَخْضَر حَانِئ Valde viridis.

حَنَبَ *n. a.* حَنَب *et* II *n. a.* تَحْنِيب Convexus fuit in partibus duabus tenuioribus tarsi (وظيف) et in lumbo (*equus*), *vel* Curvus fuit in duobus cruribus (*conf.* تجنيب); Deorsum inclinavit; Aedificavit (*aedificii genus oblongum* ازج). V Incurvus fuit; Misericordia et amore affectus fuit *erga aliquem c.* على *p. conf.* تحنن.

أَسْوَد حُنْبُوب Valde niger.

مُحَنَّب Qualis in حنب describitur *equus*; Inflexus (*senex*)

حَنْبَتَر Vehementia, durities.

حَنْبَج Pediculus.

حُنْبُج Crassus, impletus.

حَنَابِج Parvae formicae.

حُنَابِج Crassus, impletus.

حَنْبَر Parvus.

حَنْبَرَة Vehementia *frigoris.*

حَنْبَرِيت Pura, clara *aqua*; Multum debilis.

حَنْبَش Saltavit; Saliit; Manus complosit; Conscendit mas feminam *c.* على; Ivit; Lusit; Risit; Verba fecit, narravit; Luserunt, iocatae sunt *puellae*; Detinuit, occupavit verbis *aliquem c. a. p.*

حَنْبَص *nempe* ابو الحنبص Cognomen vulpis.

حَنْبَصَة Insidiae, quae in bello struuntur.

حَنْبَلَ Comedit phaseolos; *vel* Induit pelliceam vestem *conf.* حنبل. V Capite demisso fuit.

حَنْبَل Brevis statura vir. Pellicea vestis eademque trita, *vel* Ocrea trita; Mare; Ventrosus (*vir*) *vel* carnosus; Nomen viri.

حُنْبُل Flores spinae Aegyptiae; Fructus arboris غاف et phaseoli.

حُنَابِل Fortis, durus (*de nervo, chorda*).

حِنْبَال Carnosus.

حِنْبَالَة Mare; Garrulus, blatero.

حَانُوتٌ *Pl.* **حَوَانِيتُ** Taberna in qua vinum venditur, oenopolium (*et ut masc. construitur*); *tum* Vini venditor.

حَانِيٌّ Ad oenopolium pertinens, spectans.

حَانَوِيٌّ *Id.*

حِنْتَارٌ Brevis, parvus.

حَنْتَرَةٌ Angustia.

حَنْتَفٌ Locusta mundata ad coquendum. الحَنْتَفَانِ Sunt حنتف eiusque frater سَيْف aut الحَارِث filii Ans-ben-Himjar.

حُنْتُوفٌ Qui vellicat barbam suam ob melancholiam.

حِنْتَفْرٌ Brevis, parvus.

حِنْتَالٌ Effugium (*aut quatuor aut quinque litteras radicales habet; sed sine Hamza frequentius. Neque autem verbis, quibus sunt tres literae, adiudicandum videtur*). *Dicitur* ما لي منه حنتال.

حَنْتَمٌ Hydria viridis; Arbor colocynthidis; *Coll.* Nubes nigrae.

حَنَاتِمُ Nubes nigrae.

حَنْتَمَةٌ Nubes nigra una.

حَنِثَ *F. a.* Periurus et improbus fuit. IV Ad improbitatem incitavit *c. a. p.* V Dei cultui operam dedit *vel* idola dimovit, continuit se cavitque a crimine *c.* من. VIII Fidem fefellit *in iureiurando. Djeuh.*

حِنْثٌ Crimen, peccatum; Fidem fallere in iureiurando; Inclinatio a vero ad falsum, et a falso ad verum; *ita dicitur* بَلَغَ الغلام الحِنْثَ Venit adolescens ad eam aetatem, ut et obedire et obedientiam denegare possit.

مَحَانِثُ Loca peccati.

رجل حَنْتَرٌ Stupidus vir.

حَنْثَرَةٌ Angustia.

رجل حَنْثَرِيٌّ Vir stupidus.

حَنْثَلٌ Debilis.

حَنَجَ *F. i.* 1) Obliquavit, inclinare fecit; Vehementer torsit (*funem*) *c. a.*; 2) Obvenit (*res necessaria*). IV Obliquavit, inclinare fecit; Distorsit (*verba sua*) *c. a.*; *et tum* Verba obscura, quae nemo intelligeret, locutus est *Djerir. Diw.*; Inclinavit; Quievit; Absondit; Festinavit. VIII Inclinavit.

حِنْجٌ Radix; *unde* عَادَ الى حِنْجِهِ وبِنْجِهِ.

حِنَاجٌ *i. q.* مُحْنَث.

مِحْنَجَةٌ Instrumenti cuiusdam nomen.

حُنْجُبٌ Siccus, aridus *de omni re.*

حُنْجُدٌ Longus et elatus arenae cumulus.

حُنْجُودٌ Larynx; Ampulla longa calamis aromaticis ذريرة appellatis destinata; Vas formam parvae corbis habens.

حَنْجَرَ 1) Iugulavit, mactavit *c. a.*; 2) Profundius in cavitate sua depressus fuit (*oculus*).

حُنْجُورٌ *Pl.* حَنَاجِيرُ Larynx.

حَنْجَرَةٌ *Pl.* حَنَاجِرُ Larynx. بلغت القلوب الحناجر Animum desponderunt.

حَنْجَرِيَّةٌ Gutturales *litterae.*

مُحَنْجَرٌ Morbus in ventre.

حَنْجَفٌ *et* **حِنْجَفٌ** *et* **حُنْجُفٌ** Superior pars coxae (ورك) ubi ei parti, quae حجبة appellatur, contigua est.

حَنْجَفَةٌ *Id.*

حُنْجُوفٌ *Pl.* حَنَاجِفُ Caput costae ea parte ubi lumbo contigua est.

حَنْجَلٌ Mulier crassa, clamosa.

حُنْجُلٌ Fera quaedam.

حُنَاجِلٌ Parvam et crassam staturam habens (*gedrungen*).

حِنْجْ Vox, qua oves increpantur.

حَنْحَنَ (*a* حن) Propensus, misericors fuit.

حَنُود *Pl.* حُنُد *i. q.* حِسْى *Djeuh. Kam.*

حَنْدَج Colliculus arenae minor quam ille qui نقا appellatur, *al.* interdum arbores producens *Ham. p.* 131. 794; *aliis* Ferax herbarum variarum arena. *Kam.*

حَنَادِج Parvi cameli. *Ham.*; Magni cameli. *Kam.*

حُنْدُوجة *Pl.* حَنَادِيج Longi arenarum colles *vel* breves arenarum tractus.

حُنَادِر Acuto visu praeditus *c.* العَيْن *vir.*

حِنْدِس *Pl.* حَنَادِس Nox caliginosa, tenebrae. *Dicitur enim* سروا فى الحندس *et* سروا فى حندس الليل. *Hamas. p.* 140. الحَنَادِس Tres mensis noctes postremae.

حُنْدُسِى *F.* ة Valde niger.

حندوس *Apud incolas Orientis* Segmentum dirhemi, quo utuntur eleemosynis.

حَنْدَس Obscura fuit *nox.* II تَحَنْدَس 1) Obscura fuit (*nox*); 2) Cecidit et debilis fuit (*vir*).

حَنْدَقُوق Lotus herba, Trifolium *Jac. Schult.* (*haec vox cum tribus proxime sequentibus pro voce Nabathaea habetur; Arabicum est* ذُرَق, *Pers.* ازورد: duae sunt species, una silvestris altera in hortis crescens.

حَنْدَقُوق Vir longus, vacillans et fatuus.

حَنْدَقُوقى *i. q.* حَنْدَقُوق.

حَنْدَقُوقى *Id.*

حَنْدَقُوقاء *Id.*

حَنْدَل Brevis, parvus.

حَنْدَلِس Gravem incessum habens, *et* Multam carnem habens, laxa, *et* Nobilis.

حَنْدَم *nom. unit. c.* ة Arbor venas rubras habens.

حَنَذَ *F. i.* 1) *n. a.* حَنْذ, تَحْنَاذ Assavit (*ovem*), *et* Candentibus super impositis lapidibus (iis in terrae fovea iniectis *Gol. ex Mar.*) coxit *eam c. a.*; 2) Ussit *sol* (*viatorem*) *c. a. p.*; 3) *n. a.* حَنْذ Ad cursum adegit motis pedibus, et cum una vel duabus vicibus cucurrit, tum stragulis texit (*equum*), et soli exposuit, ut sudaret *c. a. conf.* كبا. IV Minus aquae, plus vini, in miscendo addidit *vel contra* plus aquae. X Decubuit in sole, ut sudaret.

حَنَاذ Sol.

حَنْذَة Ardor vehemens.

حَنِيذ Assatus; *vel* Calida ex qua postquam assata est aqua stillat *caro*; Ad cursum actus tum stragulis tectus et soli expositus, ut sudaret *equus*; Aqua calefacta; Oleum; Aqua lavando capiti destinata et aromate condita.

مَحْنُوذ Ad cursum adactus et tum stragulis tectus et soli expositus, ut sudaret *equus.*

حُنْذُوة Fissura in monte.

حِنْذِيذ Multum sudans.

حِنْذِيَان Multum malum proferens (*vir*).

المُحَنْذِى Conviciator.

حُنْذُمَان Caterva *vel* agmen *vel* tribus *Kam.*; Turba, populus.

حَنَرَ *n. a.* حَنْر Arcuatum opus exstruxit *c. a.* *Observare placet, in Kamusi exemplaribus legi* ثناها, *sed in operibus ex quibus Kamusi auctor hauserit, reperiri* بناها. *Kamusi Turcici auctor adnotavit* الحنر حانك فتحى ونونك سكونيله حنيره يعنى كمر بنا ايلمك معناسنه در يقال حنر حنيرة اذا بناها شارح دير كه كرچه نسخ قاموس ده ثاى مثلثه ايله ثناها عنواننده مرسوم اولوب لكن امهات سايره ده باى موحده ايله بناها عبارتيله مثبتدر.

حُنَيْر *et* حَنِير Mensis Arabum Paganorum qui جمادى prior postea dictus fuit.

حَنِيرة *Pl.* حَنَائِر Arcuati operis nexus, aut ipsum testudineum opus; Arcus vel arcus nervo carens; Arcus, culus impulso nervo feminae gossipium discriminant.

حِنْورة Animalculi nomen.

حِنْبِر *Pers.* كوتاه Brevis. *Gol. ex Mar.*

حِنْزَاب Valida corporis statura praeditus asinus; Brevis

et robustus, *vel* Largus et crassus; Agmen avium Katha appellatarum; Gallus gallinaceus; In campo crescens planta جزر appellata.

خُنْزُوب Agmen avium Katha appellatarum.

خَنْزَرَة Fissura *montis.*

حَنْزَقْر Parvus, quadratus, non conveniens *vir.*

جِنْزَقْرَة *Id.*; 2) *Pl.* جِنْزَقْرَات Serpens.

حَنَس *F. a. n. a.* حَنْس In medio proelii campo semper versatus est ob fortitudinem.

حُنُس Timentes Dei.

حَوْنَس Is, cui nemo iniuriam infert, et quem, loco quodam stantem, nemo inde pellere studet.

حَنَش *F. i.* 1) Propulit *c. a. p.*; 2) Avertit *a re c. a. p. et* عن *r.*; 3) *pro* عنش Venatus fuit *viperam c. a.* (*Omnia haec in Kamuso Turcico coniugationi secundae tribuuntur*). IV Venatus fuit *viperam c. a.*; Ad festinationem impulit *aliquem c. a. p.*; Avertit *a re c.* عن *r. et a. p.*

حَنَش *Pl.* أَحْنَاش Musca; Reptile animal; Serpens *vel* vipera; Serpens se inflans, innocuus. *Hamas. p.* 626; *et tum* Omne animal, cuius caput serpentis capiti simile est, *ut* سام ابرص lacerta, *conf. Forsk. descript. anim. p. VIII et p.* 15; Omne animal ex avium genere, quod venando capitur.

مُحْنِش Qui multum operi incumbit et lucratur (*vir*).

مَحْنُوش Serpentis vel alius reptilis حنش dicti morsu laesus; Vi et invite propulsus; Ignobili loco natus; Desiderio incensus.

حَنَص Mortuus fuit *vir.*

حِنْصَأ Vir debilis.

حِنْصَار Gracilis et magno ventre praeditus.

حِنْصَال *et* حِنْصَالَة Magno ventre praeditus (*et cum Hamza effertur*).

حِنْضِج Vir laxus apud quem nil est boni.

حَنْضَلَة Scrobs in petra ubi restagnat aqua *vel* حُنْضُل Cisterna parva.

حَنَط *F. i.* 1) Gemuit, suspiravit ob tristitiam et moerorem; 2) Rubuit (*corium*); 3) Maturuit رِمْث, pabuli cameli amari genus, foliisque albicavit; 4) *n. a.* حُنُوط Matura et apta messi fuit *seges*; 5) *F. o.* Condivit odoramentis (*mortuum*) *c. a. p.* b) حَنِطَ *F. a.* Pabulum رمث appellatum maturum et album fuit. II Bonis odoribus condivit (*mortuum*) *c. a.* IV Condivit odoramentis (*mortuum*) *c. a. p.*; Matura et messi apta fuit *seges. Pass.* Mortuus fuit; Fructus protulit *planta* رمث *appellata.* V Odoramentis conditus fuit *mortuus.* X Audax se morti exposuit vitam spernens.

حَنْط Sagitta, quae mittitur.

حَانِط *Nempe* حَانِطُ الصُّرَّة Is qui magnam crumenam habet, in qua multi dirhemi sunt. حَانِطٌ إِلَيَّ Inclinans contra me inclinatione inimicitiae et odii; *item* Ruber; *inde* احمر حانط قانئ *coniunctim dicitur*; Qui triticum possidet, *vel* Tritico abundans; Fructus proferens (*arbor vel planta* رمث); Fructus arboris غضا.

حِنَاط Omne odoramentum, quod mortui causa paratur.

حِنْطَة *Pl.* حِنَط Triticum.

حَنُوط Omne aroma et odoramentum, quod mortui causa paratur; Aromatica res inspergi solita, praesertim mortuis.

حَنَّاط Qui triticum venundat.

حِنَاطَة Negotium faciendi mercaturam tritici; Ars cadavera condiendi odoribus inspersis.

حِنْطِي Qui triticum multum edit, donec pinguescat et inflatus sit.

حَنَّاطِي Qui triticum venundat.

أَحْنَط Barbam magnam, densam habens.

مُسْتَحْنِط *nempe* مُسْتَحْنِطٌ إِلَيَّ Contra me inclinans inclinatione inimicitiae.

حِنْطِيَة Barbam magnam et densam habens.

حَنْطَبٌ Caprae Hidjasi.

حَنْطَبَةٌ Strenuitas, fortitudo; Species quaedam reptilium.

تَحَنْطَرَ Huc illuc se convertit et circumivit *aliquam rem acturus c.* فى *r.*

حَنْطَرِيرَةٌ Nubes *in coelo.*

حَنْطَفٌ Ventrosus.

حَنْظَأْوٌ (*forma est ut* جِرْدَحْلٌ) Brevis, parvus *vir.*

حَنْظَلٌ *Nom. gener. nom. unit. c.* ة Colocynthis; Momordica Elaterium *vel* cucumis prophetarum. *Avic. p.* 175. *Sprengel. hist. rei herb. T. I. p.* 269. شحم الحنظل Pulpa colocynthidis (quae est flava eius pars) *Kam. et Reisk. ad Rhaz.*

حَنْظَلَى Inhoneste, insulse locuta est *femina.*

حِنْظِيَانٌ Impudenter, insulse et inhoneste loquens *vir.*

حَنَفَ *F. i. n. a.* حَنْفٌ Inclinavit. b) حَنِفَ *n. a.* حَنَفٌ Curvis pedibus praeditus fuit; *vel* Introrsum flexis pollicibus incessit *vel* incessit in dorso pedum a latere exteriore *vel* plantae pedis pectus inclinatum habuit. c) حَنُفَ *Id.* II *n. a.* تَحْنِيفٌ Fecit loripedem احنف *aliquem c. a. p.* V Hanefiticorum modum in religione secutus est, *vel* Semet circumcidit, *vel* Segregavit se ab idolorum cultu; Inclinavit, propensus fuit *c.* الى.

حَنِيفٌ *F.* ة *Pl.* حُنَفَاءُ Ab una religionis modo ad alterum inclinans; *tum* Veram religionem colens; in ea constans; *et* Meccam proficiscens festi celebrandi ergo; *vel* Religioni Abrahami deditus; Parvus, brevis; Calcearius.

حَنْفَاءُ *c. art.* Arcus; Novacula; Arbor quaedam; Serva mutabilis, modo segnis modo alacris; Lacerta; Testudo; Testudo marina (اطوم); Curvus *vel* qualis sub حَنَفٌ descriptus est *pes.*

حَنِيفَةُ Gentis cuiusdam ex Arabibus auctor, cui integrum fuit nomen Hanifah ben-Lodjaim ben-Zahb ben-Ahli ben-Beir ben-Wajil; 2) ابو حَنِيفَة Cognomen viginti doctorum, quorum celeberrimus fuit Alnohmanus appellatus, ex quo secta illa Hanefitarum, quae sectis orthodoxis adscribitur, originem duxit.

السيوف الحَنِيفِيَّةُ Gladii, qui ad Alahnafum ben-Kais referuntur, quia primus hic eos cudendos curaverat.

أَحْنَفُ Loripes *vel potius* pedes habens, quales sub حَنَفٌ descripti sunt.

حَنْفَسٌ Impudica mulier (*conf.* حِفْنِس).

حِنْفِشٌ Vipera *vel* serpens magnus et magno capite praeditus, variegatus et pallidus, qui comprehensus venas inflat; *aut sec. al.* Serpens حفاث appellatus.

حِنْفِيشٌ *Id.*

حِنْفِصٌ Parvo corpore praeditus.

حَنِقَ *n. a.* حَنَقٌ, حَنْقٌ (*conf.* خنق) Ira vel ira vehementi exarsit; Male voluit, odit *c.* على *p.* II *n. a.* تَحْنِيقٌ Spica aristae sese extulit posteaquam absconsa fuerat. IV Ad iram incitavit *c. a. p.*; Odio, quod exstingui non potest, impletus fuit; Spica aristae sese extulit posteaquam absconsa fuerat; Ventri propinquus adhaesit ob magnam maciem; Gracilis et macilentus fuit ob multum coitum (*asinus*).

حَنَقٌ *Pl.* حِنَاقٌ Ira *vel* Irae vehementia.

حَنِقٌ Ira percitus, *vel* vehementer iratus.

حَنِيقٌ Iratus, vel vehementer iratus; Odio plenus. *Plur.* حُنُقٌ Pinguis.

مَحَانِيقُ *Pl.* Extenuati, *et contra* Pingues (*cameli*).

حَنْقَطٌ Species quaedam avium *vel* attagen.

حَنَكَ *F. i. o. n. a.* حَنْكٌ 1) Habena instruxit *equum c. a.*; 2) Intellexit, percepit (*rem*) *c. a. r.*; 3) Firmavit *c. a.*; 4) Expertum reddidit et usu rerum confirmavit *aetas et fata c. a. p.*; 5) Manducavit dactylos, aliasve res, easque fricuit palato (*puer*). II *n. a.* تَحْنِيكٌ Fricuit palatum eius *c. a. p.*; Manducavit dactylos aliasve res easque fricuit palato (*puer*); Expertum reddidit *virum* (*c. a. p.*) *aetas etc.* IV Mente firmum expertumque

reddidit **aetas**, **experientia c. a. p.**; Propulit, repulit **aliquem c. a. p.** V Fasciam capitis religavit sub mento; Mente firmus, expertus fuit. *Reisk.* VIII Habena instruxit (*equum*) **c. a.**; Expertum, prudentem reddidit (*virum*) *c. a. p.* **aetas**; Herbis omnibus consumtis devastarunt *regionem locustae c. a.*; In potestatem redegit *c. a.*; Opes eripuit *alicui c. a. p.* X Multum edit, postquam paucus fuerat eius cibus; Cum radice evulsa fuit (*arbor* عصاه).

حُنْك (*et quoque* حِنْك) Prudentia quam quis aetate et experientia nanciscitur.

حَنَك *Pl.* أَحْنَاك Palatum, *et* pars illi sub mento respondens; *item* Rostrum corvi *vel* nigredo. *Dicitur* ذهب قوم الى حنك الغراب *i. e.* Ad eius maxillas et rostrum (*sed hoc nihili est*) *Ibn-Doraid. lexic.* *De iis*, qui pabulatum per regionem proficiscuntur, *dicitur* هم حنك *et* هم أحناك. Colles parvi, elati, mollibus albisque lapidibus constantes.

حُنُك *F.* ة Prudens, experientia edoctus et firmatus.

حَانِك *pro* حَالِك Valde niger, ater. *Dicitur* اسود حانك.

حِنَاك Habena *sc.* lorum freni equini.

حَنَكَة Collis in alta regione turris instar eminens.

حُنْكَة Firmitas; Prudentia, quam aliquis aetate et experientia nanciscitur. *Plur.* حِنَاك (*in Kamuso* حناك *singularis est ut* حنكة) Lorum quo paxilli in sella camelina عراصيف appellati continentur; Lignum, quod ligatur sub maxillam camelae, tum alligatur in collo pulli ablactati et tunc eum adamat. عيد الحنكة Festum Iudaeorum חנוכה *Jac. Schult.*

حَنِيك Experientia edoctus et firmatus *vir*.

حَنِيكَة Praestans in edendo (*de iumentis*).

أَحْنَك *nempe* أَحْنَكُ البعيرين (*raro*) Iumentorum duorum voracissimum.

مِحْنَك Habena.

مُحْنَك Experientia edoctus et firmatus.

مُحْتَنِك *Id.*

مُحَنَّك Manducatus et palato fricatus *dactylus etc.*; Experientia edoctus, confirmatus *vir*.

مَحْنُوك Manducatus et palato fricatus *dactylus etc.*

حَنْكَث Nomen plantae.

حُنْكُرَان Nomen avis piscivorae Lohajae viventis. *Forsk. descript. anim.*

حَنْكَلَ Graviter tardeque incessit.

حَنْكَل Vilis, despectus; Parvus; Iniustus, durus.

حُنَاكِل *Id.*

حَنْكَلَة Deformis corpore et nigra *mulier*.

حَنَمَة *Pl.* حَنَم Bubo.

حَنَا *F. o. n. a.* حَنْو *et* حُنُوّ 1) Flexit, incurvavit, contorsit (*manum*) *c. a.*; 2) *sec. nonn.* Sitivit; *sec. alios* Caput inclinavit ad bibendum. *Diw. Huds.*; 3) *n. a.* حَنْو Fecit arcum حنية; 4) *n. a.* حُنُوّ Amoris affectione propensus fuit *c.* على *p.*, *pecul. mater in liberos*, ita ut secundas nuptias detrectarit. IV Amoris affectione propensus fuit *c.* على *p.*, *pecul. mater in liberos*, ita ut secundas nuptias detrectarit; *et* Maturuit fructus citra mollitiem *Gol. ex Mar.* V Incurvatus, flexus fuit; *et i. q.* تحنن Propensione amoris affectus fuit *c.* على *p. Gol.* VII Inflexus fuit; Inflecti se patitur.

حَانٍ Libidinosa (*ovis*, *vacca sylvestris*).

حَنْو Curvus; Omnis pars corporis aliusve rei, in qua est curvitas; Inflexum ephippii vel sellae lignum; Latus rei.

حِنْو *Pl.* حُنِيّ, حِنِيّ *et* أَحْنَاء Omnis pars corporis aliusve rei in qua est curvitas; Inflexum ephippii vel sellae lignum; Latus rei cuiusve, *pec.* angulus montis. Planta quaedam. الحِنْوَان Ligna duo inflexa, super quibus est rete, quorum ope triticum transportatur ad acervum non excussae messis. احناء الامور Res dubiae.

حِنَاء Libido tam maris quam feminae *Djeuh.*

حَنْوَة Herba in campo nascens; *vel idem quod* اذريون البر Ocimum (ريحانة).

حَانَة Officina, taberna.

حَانِيَة Vehementer coitum appetens *femina*; Propensa in liberos mulier, ut amisso marito nubere alteri noluerit

Djeuh.; Natura collum inclinatum habens (*ovis*); Officina, taberna.

حِنَايَةٌ Flexura, inclinatio.

الحَوَانِي Costarum longissimae.

حَانِيٌّ Ad oenopolium pertinens, spectans (*a* حانوت).

حَنِيَّةٌ *Pl.* حَنِيٌّ *et* حَنَايَا Arcus.

حَانِيَةٌ Vinum, *vel* Oenopolae.

حَانَوِيٌّ Ad oenopolium pertinens, spectans.

أَحْنَى *Fem.* حَنْوَاءُ *et* حَنْيَاءُ Incurvus *dorso c. g. et primum* احنى ضلوعا Maxime propensus ac benevolus.

مَحْنَاةٌ Flexus et anfractus *vallis.*

مَحْنُوَةٌ *Id.*

مَحْنِيَةٌ *Pl.* مَحَانٍ Flexus et anfractus *vallis*; Terrae pars inflexa; Mulctrale ex corio camelino confectum dum arena indita siccatur, ut scutellae similis fiat.

حَنَى *F. i. n. a.* حِنَايَةٌ 1) Flexit *manum*, incurvavit *lignum*, *dorsum c. a. r.*; 2) Decorticavit *lignum c. a. r.* II *n. a.* تَحْنِيَةٌ Flexit, incurvavit *c. a r.*

حَوْ Vox, qua caprae increpantur.

حَوٌّ Distinctus, clarus; *sec. nonn.* Propulsio camelorum, incitatio. لا يعرف الحَوَّ من اللَّوِ Discernere non potest distinctum ab abscondito. *Hoc vero modo illustratur a Meidanio* Non discernit hoc ab illo *sec. nonn.* verum a falso, *sec. al.* حو propulsionem camelorum ab alligatione eorum (لو), *sec. al.* حَوّ *est* „certe" نعم *et* لَوّ *est idem atque* لو.

حَابَ *F. o. n. a.* حَوْبٌ (*et quoque* حُوب), حَوْبَةٌ, حِيَابَةٌ Peccavit, deliquit *c.* ب *r.* II *n. a.* تَحْوِيبٌ Increpuit (*camelos*) dicendo حوب *c.* ب. IV Peccato, crimini se tradidit. V Abstinuit a crimine *c.* من (*conf.* تأثّم); Tristitia, aut dolore corporis affectus fuit; *item* Vociferatus fuit ابن أوى *i. e.* hylax, *quod ea vox similis voci dolentis. Djeuh.*; *et* Benevolentiam commonstravit. X Tristitia affectus fuit.

حَابِ Vox, qua cameli increpantur.

حَابٌ Crimen.

حَوْبَ, حَوْبِ, حوبُ Voces, qua cameli increpantur.

حَوْبٌ Peccatum, crimen; Tristitia; Alienatio a consuetudine hominum; Species, modus; Diligentia, studium; Paupertas; Dolor; Camelus; Pater et mater; *item* Soror ac filia.

حُوبٌ Crimen; Impluvium domus; Tristitia; Alienatio a consuetudine hominum (وحشة); *item* Calamitas; Interitus; Anima; Morbus.

حَابَةٌ Crimen.

حَوْبَةٌ Cognatio materna. *Dicitur* لى فيهم حوبة. Tener cordis affectus ex amore matri proprius; Moeror; Paupertas, *ut in his* الحق الله به الحوبة; Conditio. *Pl.* حُوَبٌ Vir debilis (*raro*), *ut* انما فلان حوبة Nec malum nec bonum in aliquo est (*hoc quoque* حُوبَةٌ); Mater; Uxor; Pellex; Iumentum; Medium domus; Crimen (*hoc quoque* حُوبَةٌ).

حِيبَةٌ Cognatio materna. *Dicitur* لى فيهم حيبة. Conditio, status; Necessitas.

حَوْبَاءُ *Pl.* حَوْبَاوَاتٌ Anima (نفس) *Kam.*; Corpus seu persona hominis *Gol. ex Mar.*; Pectus; Vir brevis, longus dorso ac pedibus brevis. *Gol. ex Gl. Mar.*

أَحْوَبُ Crimen committens.

مُحَوِّبٌ Qui ex divite pauper et ex paupere iterum dives evadit.

مُتَحَوِّبٌ *Id.*

حَاتَ *F. o. n. a.* حَوْتٌ, حَوَتَانٌ *i. q.* حَامَ Circumvolitavit rem *avis*, *vel* cucurrit *circum rem fera c.* على. III Invitum adegit, obsequentem reddidit *c. a. p.* *Dicitur quoque* حاوتنى فلان عن كذا Dolo usus me ab aliqua re quidam impedivit; *tum* ظل فلان يحاوتنى بخدعة Continuo me quidam circumdat dolo. Repulit, prohibuit; Deliberavit *cum aliquo c. a. p.*; Promittendo et deliberando in venditione *cum aliquo* collocutus est *c. a. p.*

حُوتٌ *Pl.* أَحْوَاتٌ, حِيتَانٌ, حِوَتَةٌ Piscis, *general. sed praecipue* maior, *conf. Tochf. Ichwan p.* 158; *inde* صاحب الحوت Cognomen prophetae Ionae; Signum Zodiaci, *scil.* pisces. *conf. Ideler. Unters. p.* 202; *it.* الحوت الجنوبى

Piscis meridionalis, *nomen sideris*, *ibid. p.* 284; *tum* حوت الجن Gobius nebulosus *conf. Forsk. descript. animal. p. X.*

حَائِتٌ Multus in reprehendendo.

حَوْتَاءُ Crassis hypochondriis praedita *femina* (*conf.* حوثاء).

حَوْثُ (*pro* حَيْثُ *apud tribum Thai*) Ubicunque *loci et temporis.*

حَوْثَ *nempe* تركهم حَوْثَ بَوْثَ Dispersit eos.

حَوْثٌ Vena iecoris (حَوْثَاءُ). تركهم حَوْثًا بَوْثًا Dispersit eos.

خَرَمَ *F. i. n. a.* خَرْم 1) Disrupit, fregit *suturam c. a.*; Resecuit *aliquid de re c. a. r. et* من *r.*; Fidit isthmum narium *c. a. p.*; 2) Exorbitavit deflexitque *a via c.* عن. b) خَرِمَ *n. a.* خَرَم Perforatam habuit aurem; Isthmum narium perforatum habuit. c) خَرِمَ Non curavit quid diceret aut faceret. II Fregit, disrupit *suturam c. a. r.* V Disrupta, fracta fuit *sutura.* تخرم زندك Nil boni penes te est. Omnino perdidit, exstirpavit *gentem fortuna c. a. p.*; تَخَرَّمَ زَبْدُهُ Iniustitia et stupiditate vexavit nos (زبده *non est pro vitio habendum, ut aliquis* زنده *legendum esse existimet; utrumque enim dicunt*): *ita in Kamuso hic loquendi modus explicatus est; apud Djeuharium est* تخرم زبد فلان Cuiusdam ira quievit. Sectae Chorramiticae (الخُرَّمية *in Kamuso autem legitur* المُخَرِّمية) se addixit. VII Fissus fuit et rimas egit. VIII Perdidit, exstirpavit *gentem c. a. p.*; *et* Abripuit (*mors*) *c. a. p.* اُخْتُرِمَ فلان عنا Morte nobis ereptus est aliquis.

خَرْم *Pl.* خُرُوم Prominens montis vertex; *in arte metrica* Abiectio unius literae sive syllabae brevis ex initio versus. (*Est nomen generale, ut huiusmodi mutationibus in variis pedibus varia tribuantur nomina.*)

خُرْم *Pl.* خُرُم Prominens montis vertex. *Gol. ex Jac.*

خَارِم Frigidus; Relinquens; Corruptor; Ventus frigidus.

خُرَّم Planta arboris, quae سراج القطرب appellatur. *Meid.* Mollis delicata vita (*videtur esse vox Persica*).

خَرْمَة Locus ubi perforatur auris.

خُورَم Petrae fissuras rupturasque habentes.

خَرِيم Qui non curat quid faciat aut dicat.

الخُرَّام Ii, qui omnino a Dei cultu alienati nonnisi peccatis dediti sunt.

خَرْمَان Esox belone *nom. piscis. Forsk. descr. anim. p.* 67.

خُرْمَان Mendacium.

خُرَّمَة *Pl.* خُرَّم Planta similis ei, quae لُوبِيَاء appellatur, odorans, eundem ac viola colorem habens. Ex eadem oleum paratur.

خَوْرَمَة Anterior pars nasi, *vel* Ea pars, quae est inter duo nasi foramina.

خُرُومَانَة Herba prava nascens inter gossypium.

خُرَّمِيَّة Secta eorum, qui dediti sunt animae transmigrationi et licentiae. *Videtur ea nomen accepisse a regione, unde eiusdem caput Babec oriundus erat. vid. Hist. Sar. p.* 141.

أَخْرَمُ *Fem.* خَرْمَاءُ Fissis oculis praeditus *homo*; Perforatis auribus instructus; Isthmum narium fissum habens; Fissa *auris.* الخَرْماء Collis altus in cuius uno latere est vallis *vel* omnis collis, in quem ab uno latere adscendi non potest; Cuius auris in largum fissa est *capra. Et* اخرم *in arte metrica* versus is *appellatur*, in quo est خرم. *Dual.* الاخرمان Duo ossa fissa in extremitate palati superioris; Ossa in scapulis e latere superiore brachiorum (*In Kamusi ed. Calcutt. legitur* وآخِرُ ما في الكتفين من قِبَل العضدين, *sed non dubito, quin omisso* في *scribendum sit* (واخْرَمَا الكتفين); *vel* Extremitates duae inferioris lateris in scapulis ea parte ubi nodosum caput كعبرة appellatum circumdant.

مَخْرِمٌ *Pl.* مَخَارِمُ Prominens *collis* vertex; Extrema cuspis *gladii* (*pro* مَخرِم السيل *legendum est in Kamuso* مَخرِم السيف). المَخَارِمُ Viae in terra aspera, Initia viarum inter montes; Initium noctis. يمين ذات مخارم Iusiurandum a quo implendo refugium est relictum.

مَخْرُومٌ Versus, in quo id est, quod خرم appellatur.

مُخْرَمِدٌ Stans defixis in terram oculis et silens.

خَرْمَسٌ Nox obscura.

اِخْرَمَّسَ Humilis abiectusque fuit.

اِخْرَمَّاسٌ *et* اِخْرِنْمَاسٌ Silere, tacere.

خَرْمَشَ Depravavit, corrupit *librum c. a.*

اِخْرَمَّصَ Siluit.

خِرْمِلٌ Femina fatua *vel* languida, *vel* Anus decrepita; Multus (*de hominibus*).

خَرَامِلُ *i. q.* خَدَافِلُ.

اِخْرَمَّلَ Lacerata fuit (*vestis*).

خِرْنَوْصٌ Porcellus.

خَرْنَفَ Percussit (*gladio*) *c. a. p. et c.* ب *instr.*

خِرْنِفٌ Gossipium; Abundans lacte *de camela.*

خُرَانِفٌ Longus, procerus.

خِرْنِفَةٌ *Pl.* خَرَانِفُ Fructus arboris عضاه.

خُرْنُوفٌ Pudendum mulieris.

خِرْنِقٌ *Pl.* خَرَانِقُ Leporis pullus recens natus, *conf.* سخلة *Meid.*, *vel* Lepusculus; Locus in quo colligitur aqua, cisterna.

أَلْخَوَرْنَقُ *ex Pers.* خُورَنْگاه (*i. e. locus edendi*) Nomen palatii, quod Cufae exstruxit rex Nomân Ibn-Mondsir.

مُخَرْنِقٌ *Fem.* ة Lepores habens gignensve *terra.*

خُرْوَةٌ *Pl.* خُرًى Foramen securis.

خَرَاتَانِ Duarum stellarum nomen *Singulis nomen est* خَرَاةٌ. *conf. Alferg. p.* 78.

خُرْيٌ Stercus humanum. *Hamas. p.* 677.

خَزَّ *n. a.* خَزٌّ Transfodit, confixitque, ac velut consuit (*telo*) *c. a.*, *et* Spinis superne infixis munivit (*murum*), ne quis transcenderet *c. a.* VIII Transfodit, confixitque, ac velut consuit (*telo*) *c. a.*; *et* Exemit e turba hominum *aliquem c. a. p.*; Cepit *e camelorum turba camelum c. a. et* من.

خَزٌّ *Pl.* خُزُوزٌ *Pers.* قز Sericum netum grossiusque: bombycum enim folliculi, a papilionibus perrupti, plusculum coquuntur cum sapone, emollitique et cohaerentes a mulieribus in fila ducuntur fuso *Gol.*; *item* Pannus ex eo serico contextus, *aliis* Lana seu pili animalis marini, castoris puto, ex quibus texuntur vestes.

خُزَزٌ *Pl.* خِزَّانٌ *et* أَخِزَّةٌ Lepus mas.

خَزَازٌ Nomen montis in quo tempore matutino, quum expeditionem bellicam suscepturi erant, struere ignes Arabibus mos fuit.

خَزِيزٌ Rhamnus valde aridus, quo muniri solent muri. *vid. Coni. I.*

خَزَّازٌ Serici grossioris venditor.

خَزَّازِيٌّ *i. q.* خَزَّازٌ.

مَخَزَّةٌ Locus leporum.

خَزِبَ *F. a. n. a.* خَزَبٌ Tumuit, *vel* Ita pinguis fuit, ut tumidus videretur; Tumore inflata fuit cutis; Tumore uberum indeque angustia papillae laboravit, *aut* aridum

uber et parum lactis habuit *camela*. V Tumore inflata fuit *cutis*; Intumuit *uber* (*camelae*).

خَزَبٌ *i. q.* خَزَفٌ.

خَزِبَةٌ Tumore uberis laborans, *vel* in utero habens verrucas, quibus noxa afficitur *camela*.

خُوْزَبٌ Tumor uberis *camelae etc.*

خَزْبَاءُ *i. q.* خَزِبَةٌ.

خَيْزَبٌ Mollis lenisque caro.

خَيْزَبَةٌ Frustum carnis mollis.

خُزَيْبَةٌ Minera auri.

خَيْزَبَانٌ Mollis lenisque caro; Pullus struthiocameli mas.

خِزْبَازٌ *et* خَازَبَازَ *et* خَازْبَازٌ *et* خَازِبَازٍ *et* خَازِبَاءُ *et* خَازَبَاءُ *et* خَازْبَاءُ *et* خِزْبَاءُ *et* خَازُبَازٍ Muscae in hortis vel pratis, *vel* earum susurrus; Nomen duarum plantarum; *et* Morbus qui occupat collum tam hominis quam cameli; Felis. (*Sunt lexicographi, qui vocem sub* بوز *adnotaverunt*; *eamque ob causam et a nobis sub illa voce adnotata est.*)

تَخَزْبَزَ Superbivit; Austerum se praebuit; Pedibus anterioribus omnem percussit, obviam venientem.

مُخْزَاجٌ Camela, cuius, quum pinguis est, cutis tumore plena esse videtur.

خُزْخُزٌ Duris musculis praeditus.

خُزَخِزٌ Validus, robustus.

خُزَاخِزٌ *Id.*

خَزَرَ 1) *Prop.* Angustis, *tum* Limis oculis adspexit; 2) Astutus, ingeniosus fuit; 3) Fugit. b) خَزِرَ *n. a.* خَزَرٌ Tectus multum natura fuit oculus palpebris, ut angustis oculis aliquis adspiceret, *vel* Angustus et parvus fuit *oculus*, *vel* Oculos aperuit et tum palpebras contraxit, *vel* Distortus fuit unus oculus. II *n. a.* تَخْزِيرٌ Arctavit. VI Contraxit palpebras arctavitque, acutioris conspectus ergo; Simulavit talem intuitum.

خَزْرٌ Adspectus, qui limis oculis fit.

خَزَرٌ Oculorum angustia et parvitas; Iusculum adipe paratum; *item* Nomen gentis, quae prope mare Caspium degit. *Hoc ipsum ab ea* بحر الخزر *dictum fuit.*

خَازِرٌ Valde versutus.

خُزَرَةٌ Dolor dorsi.

خُزُرَةٌ Dolor dorsi (*et quidem in eius vertebris*).

خَزِيرٌ Pulmentarius cibus, qui fit ex carnibus minutim concisis ac in copiosiore aqua coctis, inspersaque sub finem farina *Djeuh.* (*Kamusi auctor Djeuhariusque eundem esse cibum dicunt atque* عصيدة, *nisi quod hic carne careat*).

خَزِيرَةٌ *Id.*

خَيْزُرَانٌ *Pl.* خَنَازِرُ Nomen arboris Indicae, quae radicibus longe lateque serpentibus consistit; Arundo, canna; *et inde* Hasta, quae ex illo arundinis genere conficitur; *tum* Omne lignum flexile; Lignum, quo impellitur navis; Gubernaculum navis.

خُزَوَّرٌ Ephebus plenae aetatis et robustarum virium. *Reisk.*

خَوْزَرَى Incessus in quo dissoluti sunt artus et infirmi (مشية فيه تفكك *Kam.*).

خَيْزُورٌ *i. q.* خَيْزُرَانٌ.

خَزَرَى Vittae ex serici partibus dissolutis confectae.

خَيْزَرَى *i. q.* خَوْزَرَى.

أَخْزَرُ *Pl.* خُزْرٌ Talibus oculis, quales sub خَزَرٌ descripti sunt, praeditus.

أَخْزَرَى *i. q.* خَزَرَى.

خَزْرَبَةٌ Confusio permixtioque verborum.

خَزْرَجَ Incessit claudicando (*ovis*).

خَزْرَجٌ Ventus quidam, *vel* Auster; Leo; Nomen tribus.

خَزْرَفَ Vacillando et iactatis manibus incessit *Kam.*; Properanter incessit (*iumentum*), *et* Passus diduxit. (*In editione Kamusi Calcutt. typis impressum legimus* خرزف, *in quo error est.*)

خُزَرَافٌ *et c.* ة Qui in consessu non pulchre sedet; *vel* Garrulus, agilis et laxus (رِخْو).

خَزْرَفَة Incessus qui fit iactato corpore et manibus.

خَزَرْنَق Aranea.

خَزْرَانَق Vestis *vel* vestes albae (*vox Pers. comp. ex* خز *et* رانق).

خَزَعَ *n. a.* خَزْع Abscidit *c. a. r.*, retinuit; 2) Retro mansit descivitque a sociis *c. a. p. vel c.* عن *p.* II *n. a.* تخزيع Abscidit; Impedivit *ab eundo aliquem c. a. p. et* عن *r.* V Resecuit (*carnem a camelo mactato*) *c. a. r. et* من; Retromansit, descivit *c.* عن *p.*; Partiti fuerunt in segmenta dissecantes *inter sese aliquid c. a. r. et* بين *p.* VII Per medium, non circa extrema abruptus fuit resectusve (*funis*); Inclinatus fuit (*lumbus*) propter debilitatem et senectutem. VIII Separavit avulsitve *aliquem a suis c. a. p. et* عن *r.*

خُزَاع Mors.

خَزْعَة Vitium in uno pede, ex quo quis claudicat.

خِزْعَة Resecta pars carnis, *spec.* de mactato camelo; *et in genere i. q.* خُزَاعَة.

خُزَعَة Qui impedit, retinet alterum a negotio perficiendo.

خَوْزَع Vetula.

خُزَاعَة Segmentum *carnis*.

خَوْزَعَة Tumulus arenaceus a maiore separatus.

خَزَعْبَل Lepidae narrationes, fabulae.

خُزَعْبَل Vanus.

خُزَعْبِلَة Mirum; Narrationes ludicrae, dicta vana.

خُزَعْبِيل Vanus.

خُزَعْبِيلَة Res risum movens.

خَزَعَلَ Claudicavit et ita incessit *hyaena* (*est autem hic incedendi modus hyaenae proprius, non vitio ortus*); 2) Excussit eundo pedes.

خُزَعْل Hyaena.

خُزَعَال Claudicatio *cameli*, ipsumve vitium.

خُزَعَالَة Lusus, iocus.

خَزَفَ *F. i. n. a.* خَزْف Iactatis manibus superbius incessit.

خَزَف Opus figulinum ex luto.

خَزَّاف Operis figulini venditor.

خَزَفِي Operi figulino ex luto similis.

خَزَقَ *F. i. n. a.* خَزْق Confixit, transfixit *hasta, et* scopum attingens *sagitta c. a.*; Merdam excrevit (*avis*). VII Transfixus fuit. VIII Evaginatus fuit (*ensis*).

خَازِق Cuspis hastae; Scopum attingens (*sagitta*). *Dicitur* هو امضى من خازق *et tum est proverbialis locutio* انه لخازق ورقة De eo *dicitur*, in quo nil desiderabile est *vel* de audace et solerte.

يا خَزَاقِ O merdam excernens (*ignominiae causa dicitur*).

خَوْزَقَ Palo praepilato impositum in podice (*hominem*) transfixit carnifex *c. a. p.*, *quod peculiare supplicii genus*.

خَزُوق Quae ungula terram transfigit, *vel* quae in eundo versa ungula terram sulcat *camela*.

خَازُوق Palus praepilatus quo in podice transfigitur aliquis.

خَيْزَقَة Olus quoddam.

مِخْزَق Lignum acuto clavo in capite munitum: hoc lignum est apud eum, qui vendit dactylos immaturos (بسر) pro nucleis; sunt autem ei multa talia ligna, quorum unum puero, qui ad eum vendendorum nucleorum causa venit, tradit, ut quos dactylos illo ligno transfixerit sibi teneat pro nucleorum pretio; quod si vere nullum transfixit dactylum, nucleos perdidit. Obeliscus quo quid confoditur.

خَزِكَ *n. a.* خَزَك Perseveravit *in aliqua re.* (*In Kamuso Turcico* خزك *scriptum reperitur.*)

خَزَلَ *F. i. n. a.* خَزْل 1) Graviter incessit; 2) Secuit, resecuit *rem c. a. r.*; 3) Retinuit, distinuitque *ab opere c. a. p. et* عن *r.* b) خَزِلَ Dorsum fractum habuit. V Graviter incessit; Ita graviter se movit, ut retro ferri videretur *nubes*. VII Graviter incessit, quasi dorsum eius esset fractum; Desiit *loqui c.* في *r.*; Supersedit *responso c.* عن; Recessit ab aliquo, se separavit. VIII Segregatus abruptusque fuit; Separavit *a gente c. a. p. et* عن.

خَزْل Quod in pede متفاعلن ‿ ‿ — ‿ — abiicitur litera ا, litera ت autem vocalem amittit, ut fiat مُتْفَعِلُن ‿ ‿ —. (*Alii hanc mutationem* جزل *appellant*).

خَزْلَة *Id.*; *et* Fractura dorsi.

خَزَلَةٌ Is qui te retinet, impedit ab eo, quod vis peragere.

خَيْزَلَى *et* خَيْزَلَى, خَوْزَلَى, خَيْزَلٌ Incessus vacillans et gravis, quasi alicuius dorsum fractum esset (*conf.* خيزرى).

أَخْزَلُ Fractus dorso; Gibbo extenuatus ut omnino disparuerit *camelus.*

مُخَزَّولٌ Fractus dorso; Pes in versu, in quo ea mutatio reperitur, quae خَزْلٌ appellatur.

خَزْلَبَ *n. a.* خَزْلَبَةٌ Secuit celeriter *rem c. a. r.*

تَخَزْلَجَ Properavit *in incessu.*

خَزَمَ *F. i.* 1) Fidit *c. a. r.*; 2) Perforavit narium isthmum, et annulum traiecit *c. a. cameli*; 3) Veruculo transfixit coniunxitque (*locustas*) *c. a.* II Indidit annulum (خزامة) in nasum *camelo c. a. cam.* III Via incessit diversa ab ea, quam alter ceperat, dum in eodem loco uterque convenit *c. a. p.* V Laesit infixa (*spina*) *pedem c.* فى.

خَزْمٌ In metro est, quod versus initio una litera vel pluribus ad quatuor abundat, quarum in scansione nulla habetur ratio.

خَزَمٌ *Coll. nom. unit. c.* ة Arbor ei similis cui دوم nomen est: ex eius cortice plectuntur funes.

خَازِمٌ Frigidus *ventus* (خارم).

خَزَمَةٌ Folium arboris مقل appellatae; Inferior pars trunci arboris. *Kam. sub voce* خلا.

خَزْمِيٌّ Annulos in naribus perforatis habentes *cameli.*

خَزَّامٌ Qui funes, plexos e cortice arboris خَزَمٌ, conficit venditve.

خِزَامَةٌ *Pl.* خَزَائِمُ, *aliis* خِزَامٌ Annulus pilis confectus, qui per narium interfinium traiicitur, ut ei alligetur cameli habena, qua regi possit (*vid.* خشاش); *tum* خزامة النعل Lorum tenue quo duo calcei corrigia coniungunt.

خَزُومَةٌ *Pl.* خَزُومٌ *et* خَزَائِمُ Vacca, *vel* parva et annosa. (*Dialecto Hudsailitarum est propria vox. Djeuh.*)

خُزَامَى Nomen plantae *vel* ea quae خيرى ٱلْبَرِّ appellatur *Kam.* Herba sylvatica longiore caule, parvis foliis, flore rubro, multo suavissimi odoris. (*Gol. ex Mal. ubi* خزامة *legitur*, *uti et apud Forsk. descr. anim. p.* 147 Lavendula spica.)

خَزْمِيَانٌ *i. q.* جُنْدُ بِيدَسْتَرَ Castoreum.

أَخْزَمُ Serpens mas; Penis parvum vinculum habens, quo glans praeputio alligatur. كمرة خزماء Glans penis, cuius nervus brevis est. *et* اخزم Nomen viri; *item* Nomen admissarii nobilis.

مَخْزَمٌ Via in montibus. *Molen.*

مُخَزَّمٌ Rostrum perforatum habens *avis.*

مَخْزُومٌ Perforatum nasum habens *camelus*; Rostrum perforatum habens (*avis*).

خَزَنَ 1) Recondidit in horreo, cella, aerario, asservavit *rem*, *opes c. a. r.*; Celavit *arcanum c. a. r.*; 2) *n. a.* خَزْنٌ, خُزُونٌ Corrupta fuit, foetuit *caro* (*ex* خنز *inversione ortum*). b) خَزِنَ *et* c) خَزُنَ *n. a.* خَزَانَةٌ Corrupta foetuit *caro.* IV Dives evasit, postquam pauper fuerat. VIII Recondidit, asservavit *opes c. a.*; Cepit propius ducentem *viam c. a. viae.*

خَازِنٌ *Pl.* خَزَنَةٌ Thesaurarius, condus; *pecul.* Paradisi custos, *et quoque* Gehennae; Lingua.

خَزَانٌ *Pers.* Autumnus. *Gol. ex Gl. Mar.*

خَزِينٌ Corrupta, foetens (*caro*).

خِزَانَةٌ *Pl.* خَزَائِنُ Gazophylacium, apotheca, cella (*ne enuncies cum vocali Fatha vocem*); Thesaurarii opus; Cor; Domus *Diw. Huds.*; *ita* خزانة السلاح Armamentarium. خزانة الكتب Bibliotheca. *Videtur quoque haec vox significare* navium quandam speciem, *conf. Selecta ex Histor. Haleb. p.* 30 *text. Arab.*

خَزَّانٌ Lingua; Dactyli recentes, quorum interior pars nigra est ob noxam aliquam.

مَخْزَنٌ *Pl.* مَخَازِنُ Apotheca, horreum, *Hispanic. magazen.* مَخَازِنُ الطريق Propius ducentes viae.

خَزَنْدَارٌ (*est vox compos. e* خزن *et Pers.* دار) Thesaurarius, cui, qui tributa colligunt, sunt subditi.

خَزَنْزَرٌ Pravae indolis *vir.*

خَزَا *F. o. n. a.* خَزْوٌ Subegit, domuit, disciplina rexit (*hominem*); A cupiditate sua retinuit; Mansuefecit et docuit

iumentum c. a.; 2) Inimicus fuit *alicui c. a. p.*; *item* 3) Fidit linguam *pulli camelini c. a.*

خَزِىَ *F. i.* Ignominia afficienda *aliquem* vicit *c. a. p.* *Inde dicitur* خازانى فخزيته Me ignominia affecit, sed eum maiore affeci. b) خَزِىَ *F. a.* 1) *n. a.* خِزْى *et* خِزًّا In malum incidit eamque ob causam vilis, abiectus fuit; 2) *n. a.* خَزًى *et* خَزَايَةٌ Erubuit, pudorem concepit. III Ignominia affecit *aliquem c. a. p.* IV Calamitatibus affecit *aliquem* quibus vilis redderetur (*Deus*) *c. a. p.* *Dicere solent* لمن اتى بمستخسن ما له اخزاه الله (*saepius autem omittunt voces* ما له); Perdidit, afflixit *c. a. p.* X Pudore affectus fuit.

خِزْى Confusio.

خَزَاءٌ Plantae nomen.

خَزْيَةٌ Afflictio, aerumna; Confusio; Infamia.

خِزْيَةٌ *Id.*

خُزْيَةٌ Ansa utris; Res omnis perforata; *et peculiariter* Podex (*Golius*, *sed rectius legitur* خربة).

خَزْيَانُ *Fem.* خَزْيَا *Pl.* خَزَايَا Pudore affectus, pudibundus.

أَخْزَى Ignominia magis affectus.

مَخْزَاةٌ *Pl.* مَخَازٍ Ignominia, dedecus.

مُخْزِيَاتٌ Ignominiae.

خَسَّ *Praet.* خَسِسْتَ *n. a.* خِسَّةٌ *et* خَسَاسَةٌ Ignobilis, vilioris generis, sequiorve fuit; *etiam* Avarus fuit. b) خَسَّ *Praet.* خَسَسْتَ *F. o.* Pravam, vilem reddidit (*portionem alicuius c. a.* IV Vile quid ac ignobile indecensque commisit. VI Alternis vicibus fecerunt, ceperunt *aliquid*; *vel* Alternatim simulque festinarunt *in re c. a. r.* X Reputavit, invenit vilem *rem c. a. r.*

خَسٌّ Lactuca. خَسُّ الحِمَارِ Planta cui شُنْجَارٌ nomen est.

خِسَاسٌ: هٰذه الأُمُورُ خِسَاسٌ بَيْنَهُمْ Hae res alternatim ab iis tractantur.

خَسِيسٌ Ignobilis ac vilior.

خُشَّانٌ Sidera, quae non occidunt, *ut sequentia* الجَدْيُ, الفَرْقَدَانِ, بنات نعش, القُطْبُ *aliaque.*

خُسَاسَةٌ Reliquiae cursus equini (عُلالة الفرس); Parva opum pars.

خَسِيسَةٌ *Pl.* خَسَائِسُ Ignobilis conditio ac vilitas. *Hinc* رفعت من خسيسته Modo, quo eius vilitas auferretur, erga eum egi; *item* Dentes cameli citra anteriores, *inde dicitur* جاوزت الناقة خسيستها quod anno aetatis sexto fieri solet, in eo enim amittit dentes anteriores.

أَخَسُّ Ignobilior, vilior.

مُسْتَخَسٌّ *Fem.* ة Facie turpi praeditus, vilis.

مُسْتَخِسٌّ *Id.*

خَسَأَ *F. a.* *n. a.* خَسْأً, خُسُوءٌ Abegit, repulitve (*canem*) *c. a.*; 2) Abactus longiusve remotus fuit; *hinc* 3) Vilis despectusque et invisus fuit *Gol. ex Mar.*; 4) Hebes fuit *visus.* b) خَسِئَ *n. a.* خَسْأً Abactus, remotus fuit *canis.* III *et* VI Lapidibus invicem iecerunt. VII Abactus longiusve remotus fuit, ut ad homines accedere non liceret (*de cane vel sue*).

خَاسِئٌ Abactus, remotus, cui ad homines accedere non licet (*de cane et sue*); Remota et non habitata regio.

خَسِيءٌ Deterior *de lana.*

خَسِيجٌ Tentorium خباء, *vel* Vestis lana contexta.

خَسِرَ *F. i.* 1) *n. a.* خَسْرٌ, خُسْرٌ, خَسَارٌ, خُسْرَانٌ *et* خَسَارَةٌ Aberravit a via; 2) *n. a.* خُسْرٌ, خُسْرَانٌ Iacturam fecit in emendo aut vendendo *vel* deceptus fuit *mercator*; 3) *n. a.* خَسْرٌ *et* خُسْرَانٌ Diminuit (*rem*). b) خَسِرَ *F. a.* *n. a.* خَسَرٌ 1) Aberravit a via; 2) iacturam fecit in emendo aut vendendo *vel* deceptus fuit *mercator c.* فى *r.* II *n. a.* تخسير Perdidit; Damno affecit *c. a. p.* IV Diminuit *rem c. a.* VIII Iacturam (*rei*) fecit, amisit; Non potuit invenire *c. a.*

خُسْرٌ Iactura, damnum. *Gol. ex Mar.*

خَاسِرٌ Errans in via; Iacturam faciens, deceptusve *in mercatura*; *et Fem.* ة Inutilis.

خَسَارٌ Perfidia; Error; Interitus; Vilitas, avaritia.

خَيْسَرٌ Multum, semper iacturam faciens.

خَسِيرٌ Errans in via.

خُسْرَانٌ Iactura.

خَسَارَةٌ Perfidia; Error; Interitus; Vilitas, avaritia.

خِنْسِيرٌ Vilis, avarus.

خَنْسَرَى Aberratio a via; Interitus; Perfidia, defraudatio; Vilitas, avaritia.

خَيْسَرَى Errans in via.

خَنَاسِيرُ Aberratio a via; Interitus; Perfidia; Vilitas, avaritia; Urina a capris montanis in herbas vel arbores immissa.

خَنْسَرِيٌّ Multum iacturam faciens *vir*.

خُسْرَوَانِيٌّ Vinum (quoddam); *et* Species pannorum.

أَخْسَرُ *Plur. san.* Dispendium faciens, damnum passus.

خَسْرُودَارا *fort.* Kämpfera pandurata *Sprengel's Gesch. d. Arzneik. T. III. p.* 433 *ed. tert.*

خُسِعَ Repulsus, reiectus est *c.* عن.

خَاسِعَةٌ *et* خَسِيعَةٌ Viliores *gentis* homines.

خَسَفَ *F. i.* 1) *n. a.* خُسُوفٌ Demersus fuit et disparuit (*locus*) *c.* فى *l.*; *et inde dicitur* خَسَفَ بِهِ اللّٰهُ الارضَ Sub terram demersit, perdidit eum (*locum*) Deus, *et in Pass.* خُسِفَ بِهِ; 2) Delituit et disparuit in terra (*fons*); 3) Lacte abundans hieme celeriter lac dare omisit (*camela*); 4) *n. a.* خَسْفٌ Effecit, ut quae abundaret lacte *camela*, ea hiemis tempore cito careret *Deus c. a. camelae*; 5) Rupit comprimendo *oculum*, depressit introrsum (*oculum*); 6) Vilis et macer fuit *Gol. ex Mar.*; 7) *n. a.* خُسُوفٌ Deliquium passa fuit (*luna*). (*At vero de solis eclipsi potius* كسف *dicitur*, *vel illud*, *quum pars quaedam eius disparet*, *hoc quum tota luna.*) 8) Laceravit (*rem*) *c. a.*; *et quoque* Lacerata fuit *res*; Dissecuit, amputavit *rem c. a. r.*; 9) *n. a.* خَسْفٌ Diminuit *rem c. a. r.*; 10) Surrexit convaluitve e morbo; 11) In terra lapidosa fodit puteum qui aquam copiosam et perennem habuit *c. a.* IV Invenit *puteum* خسيف; Visu caruit (*oculus*). VII Deliquium passa fuit (*luna*); Videndi facultate caruit (*oculus*).

خَسْفٌ Nux esculenta; Iuglans regia; Ea nubis pars, quae e regione occidentis extremi oritur a latere dextro meridiei (Kiblae); *item* Defectus, detrimentum. *Dicitur* رضى فلان بالخسف. خَسْفٌ Cuniculi. *Vit. Salad.* Locus scaturiginis in puteo; Scrobes, *vel* Loca profunda, quae aqua in terra excavat; Quod aliquis alterum ignominia afficit *vel* eundem ferre cogit quod recusat; *inde dicitur* سامه الخَسْفَ *et* سامه خَسْفًا; *tum* Sine pabulo alligavit *iumentum*; Dedecore affecit vilemque eum reddidit. شربنا على الخسف Potum sumsimus sine cibo. بات فلان الخَسْفَ Pernoctavit quidam esuriens.

خِسْفٌ Nubes quae in conspectu tuo oritur multa aqua onusta.

خُسْفٌ Nux esculenta; Iuglans regia. *Spreng. hist. rei herb. T. I. p.* 267. Scrobes *vel* Loca profunda, quae aqua in terra excavat. *Et dicitur* سامه خُسْفًا Dedecore affecit eumque vilem reddidit. دع الامر بِخُسْفِهِ Sine res permaneat in statu suo.

خَاسِفٌ *Pl.* خُسُفٌ Macilentus et pravum colorem habens; Iuvenis agilis; Vir intelligens; Cuius aqua multum in terram recessit, et paene siccus *fons*.

خُسُوفٌ In terra lapidosa fossus perennis scaturiginis *puteus*.

خُسُوفٌ Eclipsis.

خَسِيفٌ *F.* ة Comprimendo ruptus *oculus*; Cuius aqua in terram multum recessit et paene siccus *fons*. *F.* ة *Pl.* خُسُفٌ, أَخْسِفَةٌ In terra lapidosa fossus aquam copiosam et perennem habens *puteus*. *Dicitur* بير خسيف *et* بير خسيفة. Lacte abundans, tum hieme celeriter omittens lac dare *camela*; Nubis pars, quae ante oculos oritur multa aqua onusta.

خَيْسَفَانٌ Dactylus vilis, *vel* Palma paucos dactylos ferens, cuius dactyli immaturi corrumpuntur.

أَخَاسِفُ *Kam.*, اخاسيف *Djeuh.* Terrae molles. *Dicitur* وقعوا فى اخاسيف من الارض.

مُخْسِفٌ Leo.

بير مَخْسُوفَةٌ Puteus in terra lapidosa effossus aquam copiosam perennemque praebens.

خَيْسَفُوجٌ Gossipii granum. Ligna trita, vetusta, *vel proprie* de arbore عُشَر dicta.

خَيْسَفُوجَةٌ Navis gubernaculum.

خَسَقَ *F. i.* (*conf.* خَزَقَ) Attigit scopum, penetravit (*telum*).

خَاسِقٌ *i. q.* خَازِقٌ.

نَاقَةٌ خَسُوقٌ *i. q.* خَزُوقٌ.

خَيْسَقٌ Profundus (*de puteo*, *sepulcro*).

خَسَّاقٌ Mendax.

ذُو خَسَّاقَةٍ Qui re vendita iterum ad conditiones venditionis constituendas redit.

خَسَلَ (*conf.* خَسَلَ) Reiecit *c. a.*

خُشَّلٌ Debiles, viliores.

خَسِيلٌ *Pl.* خُسَّالٌ *et* خَسَايِلُ Sequior, vilis; Faex populi.

خَسَلَةٌ Species plantae, quam lepores amant. *Reisk.*

خُسَالَةٌ *i. q.* خُشَالَةٌ.

خُسَالٌ *i. q.* خُشَّلٌ.

مُخَسَّلٌ Reiectus, reprobatus.

مَخْسُولٌ *Id.*

أُخْسُومٌ Ansa hippoperae.

أَخْسَنَ Eviluit postquam auctoritate et honore polluerat.

خَسًا *Plur. irreg.* أَخَاسِي Impar. *Dicitur* خَسًا او زَكًا Impar an par?

خَسَا *n. a.* تَخْسِيَةٌ Lusit nucibus par impar. III *Id. c. a. p.*

IV *i. q. Conj. II.*

خَسِيٌّ Amiculum seu operimentum lana contextum.

تَخَاسَى Invicem iecerunt lapillis seu glarea.

خَشَّ *F. o. n. a.* خَشٌّ 1) Traiecit annulum ligneum (خشاش) per cartilaginem narium *cameli c. a. cameli*; 2) Intravit, immisit se *in rem c.* فى *r.*; 3) Clam vituperavit perstrinxitque (*hominem*) *c. a. p.*; 4) Paucam pluviam emisit (*nubes*), *conf.* خَشٌّ. IV Traiecit annulum ligneum (خشاش) per cartilaginem narium *camelo c. a. cameli.* VII Intravit in rem; Se immiscuit *hominibus c.* بين *p.*

خَشٌّ Res aspera, nigra; Camelus annulo ligneo per narium cartilaginem instructus; Fissura in re; Pauca (*de pluvia*); *tum* خِشٌّ *a singul.* خَاشٌّ Pedites.

خُشٌّ Collis.

خَشْخَشٌ Dorcas parva.

خَشَاشٌ Reptilia et aves (*frequentius est* خشاش), volatilia, passeres et talia, *aliis* Parvo capite serpens. *Pers.* خود سر Sui cerebri animique homo; Vir strenuus, se commovens. *Taraf. Moall. v.* 80. *schol. Reisk.*

خِشَاشٌ *Pl.* أَخِشَّةٌ (*nom. unit.* خشاشة) Annulus ligneus *Kam.* (*vel* osse confectus, *Djer. Diw.*), qui inseritur interfinio narium cameli, ut ei annectatur habena. (*Is si cupreus est*, بُرَةٌ *dicitur*; *si pilis confectus*, خزامة.) Hippopera; Ira; Latus; Reptilia, aves; Penetrans, exsequens negotium *vir*; Is qui a se repellere non potest (*de iumentis avibusque* ما لا دفاع له *Kam.*); Serpens in montibus vivens (افعى *is est*, qui in campis degit).

خُشَاشٌ Penetrans, exsequens negotium *vir*; Reptilia, aves; Vilis, libidinosus (*camelus*).

خُشَيْشٌ Dorcas parva.

خُشَيْشَا Nomen venae pone aures in loco depresso. *Albucasis p.* 114.

خَشَّاءُ Terra luto et glarea constans; Locus apum et crabronum.

خُشَّاءُ Metum incutere.

خُشَّاءُ *pro* خُشَشَاءُ *Dual.* خُشَشَاوَانِ Os protuberans pone aurem.

مِخَشٌّ Audax nocturno tempore; Penis; Equus strenuus.

خَشَبَ *F. i.* 1) Commiscuit *rem rei c. a. r. et* ب *alter.*; *et contra* 2) Selegit, exemit *c. a.*; 3) Laevigavit polivitque; *et quoque* 4) Cudit (*ensem*) *c. a. r.*; 5) Primo opere rudiorem formam dedit *arcui c. a. r.* ما احسن ما خُشِبَ (*dicitur de gladio, quum nondum limatus et politus est*) Quam bona eius conditio est! 6) Sine

studio, nec adhibita lima, composuit (*carmen*) *c. a. r.* V Voravit lignum *vel* aridum (*camelus*). VIII Sine studio, nec adhibita lima, composuit (*carmen*) *c. a.* XI Crassa fuit (*aqua*), et herbosa fuit (*terra*) *Gol. ex Mar.* XII اخْشَوْشَبَ Longus, asper, ossibus carne nudatis praeditus et durus fuit (*de struthiocamelo mare*). اخشوشب في عيشة In molestiis perferendis patiens fuit, *vel* Operam dedit ut durum se in molestiis perferendis praeberet.

خَشْبٌ خَشِبٌ رجل قَشْبٌ In quo nihil boni est vir.

خَشَبٌ *Pl.* خُشْبٌ, خُشُبٌ, خَشَبٌ, خُشْبَانٌ (*sic in Kamuso legitur, ut forma* خَشَب *nomen generis simulque Pluralis sit; in Djeuharii opere vero forma* خَشَب *Pluralis formae* خشبة *esse refertur*) Lignum durum, crassum. خشبة الحايك Iugum textoris. مَالٌ خَشَبٌ Pecus macilentum.

خَشِبٌ Longus, asper, ossibus carne nudatis praeditus et durus; Asper, durus (*de omni re*); Vita in qua nulla est delectatio.

خَشَابٌ Cuius humus vel argilla ex minima pluvia fluere incipit *terra*.

خَشَبٌ Nomen populi Arabici.

خَشِيبٌ *Pl.* خُشُبٌ, خَشَائِبُ Primum cusus et nondum perfectus (*gladius*); *et contra* Politus *ensis*; Rudiore modo dolatus (*arcus*), dolata (*sagitta*); Crassus durusque (*funis*); Electus; Pravus; Longus, asper, nudatis carne ossibus praeditus durusque.

خَشَّابٌ Ligni venditor.

الخُشْبَانِ Montes asperi, neque magni nec parvi.

خَشِيبَةٌ Natura ensis prinsquam limatus et politus est. (*Diw. Huds.*)

خَشِيبِيٌّ Longus, asper, ossibus carne nudatis praeditus, durus.

أَخْشَبُ Durus, asper (*de omni re*); Mons asper seu salebrosus et magnus. *Fem.* خَشْبَاءُ Durus, *ut* ارض خشباء; Invisa, ingrata *res*. *Dicitur* جبهة خشباء. الأَخْشَبَانِ Duo montes Meccani.

الأَخَاشِبُ Nomen montium in regione Alzamman quae est in Tamimitarum terra.

مُخَشَّوبٌ Primum cusus, *et tum quoque* politus *gladius*. *Tum haec vox* cibi duplici speciei *describendae inservit, ut dicatur* طعام مخشوب. Qui si carne constat, haud coctus (نِيّ) est, sin autem carne destitutus est, قفار est.

خَشْتَقٌ (*Pers.* خَشْتَجَه) Linum, *vel* Sericum *vel* segmentum vestis sub axilla.

خَشْخَشَ Strepitum sonumve excitavit (*de armis rebusque aridis*). II Strepuit, sonuit (*de armis rebusque aridis*); Intravit *in arborem* et delituit *c.* فِي.

خَشْخَاشٌ Papaver; Armis loricisque armatorum hominum agmen.

خَشْخَشَةٌ Strepitus armorum omnisque rei aridae, quum una pars eius altera teritur; Intrare in rem.

خَشَرَ *F. i. n. a.* خَشْرٌ Mundavit a quisquiliis et sequioribus particulis (*rem*) *c. a.*; *et* 2) *contra* Reliquit sequiores cibi particulas in mensa; 3) Appetivit (شَرَّهُ). b) خَشَرَ Pusillanimis fugit.

خَاشِرٌ Faex hominum; *et* Medullae expers (*hordeum*).

خُشَارٌ Hordeum medulla destitutum (*taube Körner*); *et* Sequiores particulae cuiusque rei; Faex hominum.

خُشَارَةٌ Sequiores particulae (*de qualibet re*); Faex hominum.

خَشْرَبَ *n. a.* خَشْرَبَةٌ Non firmiter sed negligenter opus fecit *c. a. r.*

خَشْرَمَ Sonum vorando edidit (*hyaena*).

خَشْرَمٌ Examen apum et crabronum (*nomen unit. c.* ة *Kam. Est autem Alazmai sententia, inde non formari nomen unitatis; crabronum domui hoc esse nomen*); Domus apum; Regulus earundem; Lapides molles, *Kam.*, ex quibus gypsum conficitur *Djeuh.* *Pl.* خَشَارِمُ Collis, cuius lapides glarea parva (رَضْرَاض) sunt. خُشَارِمُ الرأس Tenues cartilagines in extremo naso (*conf.* خيشوم).

خُشَارِمٌ Soni; Crassior (*nasus*).

خَشْسَبْرَمٌ Nomen herbae odoriferae.

خَشَعَ *n. a.* خُشُوع Humilis, submissus fuit. (*Huius verbi significatio est affinis verbo* خضع *vel ita, ut hoc humilitatem in corpore,* خشع *vero in voce et visu significet.*) خشع عنه Se occultavit ab eo. خشع ببصره Visum demisit; *inde* 2) Paene evanuit (*gibbus cameli*); *et* 3) Appropinquavit occasui (*stella*); *et* 4) Humiliavit se, quievit, *ut in his* خشعت الاصوات للرحمان; 5) Eiecit *pituitam e pectore*, *et quoque* Eiecta fuit. IV Humilem reddidit *c. a.* V Humiliavit se. VIII Demisit caput oculis in terram fixis; *inde* Humilis, submissus fuit.

خَاشِع *F.* ة *Pl.* خُشَّع Humilis; modestus. صوت خاشع Vox submissa precantis; *item* Depressus isque pulvere oppletus, mansionibus carens, ad quem via non ducit *locus, regio.*

خُشْعَة Infans, qui fisso ventre e mortuae matris utero extrahitur.

خُشْعَة *Pl.* خُشَع Collis depressior terrae adhaerens; Terrae tractus mollior; Pars terrae durior.

مُخْتَشَع Relictus et humi sparsus *cinis*, incolis alio profectis. *Reisk.*

مُتَخَاشِع *i. q.* مُتَصَائِل. *Hamas. p.* 416.

خَشَفَ *F. i.* 1) *n. a.* خَشْف, خَشْفَة Sonuit (*ut nix in summo frigore quum calcatur*); 2) Fregit tundendo *caput lapide c. a. r. et* ب *instr.*; 3) Protrusit in pariendo celeriter ex utero *infantem mater c.* ب *r.*; 4) Festinavit *in itinere*, *incessu c.* في *r.*; 5) *n. a.* خُشُوف, خَشَفَان Peragravit terram; 6) Intravit in internum rei; Intravit inter arbores vel plantas. *Diw. Huds.*; 7) *n. a.* خَشَفَان Noctu ivit *vel* audax fuit in itinere nocturno suscipiendo; 8) *n. a.* خشافة Viam eundo monstravit *viae dux alicui c.* ب *p.*; 9) Vehemens fuit *frigus*, *conf.* 1); 10) Gelu adstricta fuit *aqua*; 11) Delituit *aliquis.* b) خَشِفَ Scabie in toto corpore ita affectus fuit, ut senis modo incederet (*de homine et camelo*). II *n. a.* تَخْشِيف Viam monstravit eundo *viae dux.* III Celeriter rupit *foedus et clientelam c.* في *r.*; Impulit *camelos* et quasi eundo cum iis certavit *tota nocte c. a. camel. et acc. noctis*; Sonum edidit scopum feriens *sagitta.* VII Intravit in internum *rei c.* في *r.*; Intravit *c.* في.

خَشَفَة Vox; Motus, *vel* Sonus submissus; Musca viridis; Vilitas; Vilis, prava *de lana.* *F.* ة *Pl.* خِشَفَة Pullus dorcadis tempore quo natus est *vel* quo incedere incipit *vel* dorcas pullos suos fugiens.

خِشْف Musca viridis. *F.* ة *Pl.* خِشَفَة Pullus dorcadis tempore, quo natus est *vel* quo incedere incipit *vel* dorcas pullos suos fugiens.

خُشْف Musca viridis; Vilis, prava *de lana.* *F.* ة *Plur.* خِشَفَة Pullus dorcadis tempore, quo natus est *vel* quo incedere incipit; Dorcas pullos suos fugiens.

خَشِف Nix dura, aspera (*ut in summo frigore fit*); Glacies mollis.

خُشَف Musca viridis.

خَاشِف Terram peragrans; In internum rei intrans; Penetrans *gladius.*

خَشَفَة Sonus; Motus; *vel* Sonus submissus, *vel* Sonus repentis serpentis; Sonus quem edit hyaena; Collis cuius maior pars terra molli constat.

خَشُوف Celer *de viro*; Terram peragrans; In internum rei intrans; Noctu circumvagans, *vel* Audax in itinere nocturno suscipiendo. *Pl.* خُشُف Noctu incedens *camelus.*

خَشِيف Terram peragrans; In internum rei intrans; Se immiscens in res; Penetrans *gladius*; Aridus crocus; Nix dura, aspera; Glacies mollis; Vestis trita (*conf.* حشيف) *Diw. Huds.*

أُمّ خَشَّاف Infortunium.

الخُشَّاف *i. q.* الخُفَّاش.

أَخْشَف *Pl.* خُشْف Scabie in toto corpore ita affectus, ut senis modo incederet (*de homine et camelo*).

الأَخَاشِف Terrae durae.

مَخْشَف Locus glaciei.

مِخْشَف Noctu circumvagans, *vel* Audax in itinere suscipiendo; Leo; In internum rei intrans; Viae dux viam eundo monstrans.

مُخْشِف Pullum habens خشف *dorcas.*

خُشْكَار Farina furfuribus commista *Gol. ex Mar.*; Furfuraceus panis. *Gol. ex Merc. Maj.*

خَشَلَ *n. a.* خَشْل Vilem reddidit *c. a.* b) خَشِلَ Trita fuit (*vestis*). V Abiectus, vilis fuit.

خَشْلٌ Ovum, quum interior eius pars emissa est. *Coll. nom. unit. c.* ة Fructus palmae pumilae et sylvestris (مقل); *vel* Aridus huius arboris fructus *vel* parvus, *vel* Nucleus huius fructus; Capita metacarpiorum compedumque muliebrium; Plantae nomen cuius species rubra, viridis et flava sunt.

خَشَلٌ *Coll. nom. unit. c.* ة Fructus palmae pumilae et sylvestris (مقل), *vel* Aridus huius arboris fructus *vel* parvus nucleus eius; Vilis, pravus.

خَشِلٌ *nempe* خَشِلٌ فَشِلٌ Debilis.

خَشِيل Aridae (*quisquiliae*).

خَنْشَلِيلٌ Celer et penetrans (*homo*).

مُخَشَّلٌ Monilibus ornatus; Spretus, contemtus.

مَخْشُول Spretus, contemtus.

مُخَشْلَبٌ *ut* مشخلب *Vox peregr. Syriac.* Lapis margaritae similis.

خَشَمَ *F. i. n. a.* خَشْمٌ Fregit *alicui* cartilagines nasi, laesitque *c. a. p.* b) خَشِمَ 1) *n. a.* خَشَمٌ, خُشُومٌ Amplum habuit nasum; 2) Propter internum morbum ulceris aliusve rei odorem foetidum habuit *nasus*; 3) *n. a.* خَشَم, خُشَام Nasi cartilagines quum ceciderint et meatus ea de causâ esse desierint, odoratu caruit *homo*; 4) Corrupta foetuit (*caro*). II *n. a.* تَخْشِيم Inebriavit in nasum adscendente odore *vinum.* IV Corrupta foetuit (*caro*). V Corrupta foetuit (*caro*).

خُشَامٌ Crassum nasum habens *vir*; Crassum cacumen habens *mons. Djeuh.*; Magnus (*de naso, monte*) *Kam.*; Leo.

خَشْمَةٌ Ebrietas.

خَيْشُومٌ *Pl.* خَيَاشِيم Cartilaginum pars, quae supra nasi partem نُخْرَةٌ appellatam sunt (*quae infra sunt cartilagines appellantur* خشارم الراس). الخياشيم Cartilagines in summo naso, quae nasum a cerebro separant, *vel* Venae in interiore naso.

أَخْشَمُ Amplo naso praeditus *homo*; Foetidum propter internum ulcus odorem habens *nasus*; Odoratu carens *homo.*

مُخَشَّمٌ Ebrius.

مَخْشُومٌ *Id.*

مُتَخَشِّمٌ *Id.*

خَشُنَ *n. a.* خُشْنٌ, خُشْنَةٌ, خَشَانَةٌ, خُشُونَةٌ, مَخْشَنَةٌ Asper, durus fuit. II *n. a.* تَخْشِين Asperum reddidit et exasperavit *c. a. Dicitur* خشن صدره Irritavit, ad odium excitavit. III Asperum, durum se praebuit *alteri c. a. p.* V Multum asper, durus fuit; Asperum, durum se praebuit, *vel* Duro vestitu, aspero sermone usus fuit, *vel* Asperam, duram vitam gessit. VIII Asper, durus fuit. X Asperum comperit *c. a.* XII اِخْشَوْشَنَ Multum asper, durus fuit, *idem quod* V, *sed omnibus significationibus vim addit.*

خَشِنٌ *Fem.* ة *Pl.* خِشَانٌ Asper *de omni re.* خَشِنُ الجانب Difficilis aditu *vir.*

خُشْنَةٌ *et* خُشُونَةٌ Asperitas; Durities. ذو خشنة *vel* ذو خشونة Difficilis aditu *vir.*

أَخْشَنُ *Fem.* خَشْنَاءُ *Pl.* خُشْنٌ *et poët.* خُشُنٌ Asper (*de omni re*); Pravae conditionis *vir.* الاخشن الجانب Difficilis aditu *vir.* الخشناء Olus viride asperum tactu, sed molle in ore et extensum, ductile (لزج) *ut portulaca.* Macilenta camela. كتيبة خشناء Agmen horridum armorum copia.

تَخْشِين *nom. act. secundae formae* Asperitas.

مُخَشَّنَةٌ Camela (ذَمِيمَةُ الطَّرْقِ).

خَشَنْقَلٌ Mulieris membrum genitale.

خَشَا *F. o.* Pravos parvosque dactylos (خَشْو) protulit (*palma*).

خَشًا Semen nigrum *vel* segetes nigrae (الزرع الاسود) *Kam.*

خَشْوٌ *Coll.* Dactyli parvi et pravi.

خَشِيَ *Fut.* يَخْشَى *Praet.* خَشِيتُ *n. a.* خَشًا, خِشًا, خَشَاةٌ, خَشْيَةٌ, خَشْيَانٌ, مَخْشَاةٌ, مَخْشِيَةٌ 1) Timuit *aliquam rem c. a. r. vel p., tum ab aliquo c.* من *p., tum*

pro aliquo c. على *p. et a. r.* *In hoc autem versu a Djeuhario citato* ولقد خَشِيتُ بانّ مَنْ تبع الهُدَى سَكَن الجِنان مع النبى مُحَمَّد *explicant vocem* خشيت *voce* علمت scivi; *verba autem Corani* فخشينا ان يُرْهِقهما طغيانا وطغيانا *grammaticus Alachfasch vocem* خشينا *reddit voce* كرهنا noluimus; 2) Timore vicit, magis timidus fuit quam alter *c. a. p.* II *n. a.* تَخْشِيَة Metum incussit, terruit *c. a. p.* III Certavit *cum aliquo* de timore quis timidior esset *c. a. p.* V Reformidavit *c. a.*

خَشِ *F.* ة Timidus, meticulosus.

خَاشِ *Id.*

خَشَّاء Terra dura et omnis herbae expers.

خَشْيَان *F.* ة *et quoque Fem.* خَشْيَا *i. q.* خَشِ.

خِشْيَان Formido.

خَشِيّ Sicca *planta.*

أَخْشَى Magis timendus *locus* (*rara formandi ratio*).

مَخْشَاة Formido.

مَخْشِيَة *Id.*

خَصَّ *n. a.* خَصّ, خُصُوص, خَصِيَّة, خَصِّيصَى, خُصُوصِيَّة, خِصِّيصَى, خَصُوصِيَّة *quod rectius est quam* خُصُوصِيَّة *et* خُصّة, (*hic infinit. multitudinem designat*) Proprium et peculiare fecit tribuitve *alicui aliquid c. a. p. et* ب *r.*; 2) *Pass. Praet.* خُصِصْتُ *n. a.* خَصَاص, خَصَاصَة Pauper, egenus fuit. II *n. a.* تَخْصِيص Proprium peculiaremve effecit reddiditque; Sumsit *puer* arundinem, in qua erat ignis, et ludens eo splendorem protulit. IV Minus fecit quam debuit *c.* ب. V Proprius fuit. VIII Proprius et peculiaris fuit, intimus amicus fuit *c.* ب *p.*; Propriam, peculiarem *alicui* tribuit *rem c. a. p. et* ب *r.* X Propriam, peculiarem esse voluit *rem c. a. r.*

خَصّ Deminutus, mancus.

خُصّ *Pl.* خِصَاص, خُصُوص Domus ex arundine; *vel* Domus ligneo tecto instructa, ut ea quae أزج appellatur; Vinum optimum; Taberna vinaria.

خَاصّ *Fem.* ة Proprius, peculiaris. ناظر الخواص Administrator opum regis. الديوان الخاص Diwanum (*Bureau*) curam opum regis habens.

خَصَاص Paupertas, egestas; Hiatus, rima parva inter duas res, *vel* omnis rima et interstitium in porta, cribro, rica aliave his simili re; *vel* Foramen parvum, et interstitia inter lebetis sustentacula, quae tribus pedibus instructa sunt.

خَاصَّة *Pl.* خَوَاصّ Regis personae addicti, eius familiares; *et inde gener.* Proceres civitatis vulgo oppositi.

خُصَّان Proceres civitatis maximeque proprium et peculiare regi famulitium, *aut* eius familiares.

خُصُوص Nomen loci, a quo seriae vini الخُصِيَّة appellatae nomen acceperunt.

خَصَاصَة Paupertas; Hiatus, rima, *vel* omnis rima et interstitium in porta, cribro, rica aliave his simili re, *vel* Foramen parvum et interstitia inter lebetis sustentacula quae sunt tribus pedibus instructa.

خُصَاصَة *Pl.* خُصَاص Quod in vite remanet post decerptas uvas; *vel* Exigua quantitas, modica, parva.

خُصُوصًا Proprie, peculiariter, praesertim.

خَصَايِص Proprietates. *Hadik. p.* 23.

خَصَاصَاء Paupertas.

خَاصِيَّة Proprietas.

خُوَيْصَّة *Deminut. a* خَاصَّة.

مُخَصَّص Quae, quamvis articulum non habet, addito genitivo magis definita est (*vox*) *ex. gr.* حمار بقال *et* حمار البقال.

مَخْصُوص Proprius, specialis. Vox, quae sequitur ايها *ex. gr.* ايها الرجل *a grammaticis* مخصوص *appellatur.*

خَصَبَ *F. i. n. a.* خِصْب Herbarum copia et multo proventu instructa fuit *regio.* b) خَصِبَ Herbarum copia et proventu multo instructa fuit *regio.* IV Herbarum copia multoque proventu polluit *regio*; Herbarum copia et proventu multo usi sunt *homines.*

خَصْب *Coll. nom. unit. c.* ة Spatha palmae; *tum et* Palma, *vel* proventu abundans.

خِصْب Herbarum copia, proventus ubertas, vitae commoditas; *et dicitur* بلد خصب Herbarum copia, et pro-

ventus abundantia gaudens regio; *tum quoque eodem sensu dicitur* أَرْضُونَ خِصْبٌ.

خِصْبٌ *Pl.* أَخْصَابٌ Latus; Serpens albus montanus. الأَخْصَابُ Vestes quaedam.

خَصِبٌ *F.* ة Proventu, pabulo abundans.

خَصَابٌ Multos dactylos ferens *palma.*

أَرَضُونَ خَصْبَةٌ Terrae herbarum copia et proventus ubertate gaudentes (*aut haec vox est infinitivus, quem pro adiectivo adhibent, aut pro* خَصِبَةٌ *est scripta*).

ارضون خصبة *Id.*

بلد خَصِيبٌ Proventus abundantia gaudens *regio*, cultus ac habitatus (*locus*). رجل خصيب Vir liberalis, virtutibus dives. ابو خصيب Caro.

أَخْصَبُ Proventu maxime abundans.

بلد أَخْصَابٌ Regio herbarum copia et proventus abundantia gaudens.

بلد مُخْصِبٌ Regio herbarum copia et proventus abundantia gaudens.

بلد مُخْصَابٌ *Id.*

خَصِرَ 1) Laesus a frigore fuit (*homo*) in extremis corporis membris. *Dicitur* خصرت يدى; 2) Valde friguit seu riguit (*dies*). III Manu prehendit (*socium*), ut simul incederent *c. a. p.*; *etiam* Diversam ingressus viam eodem loco occurrit *alteri c. a.*; *vel* Ad latus *alicuius* incessit. V Manu prehendit *c.* ب *r.*; Posuit manum in latere (خاصرة), *ut in his traditionis verbis* المتخصّرون يوم القيمة على وجوههم النور Qui noctis tempore preces faciunt et fatigati in latere ponunt manus, die resurrectionis ora luce splendentia habebunt. VI Prehensis inter se manibus una ambularunt. VIII Prehendit, sumsit instrumentum مخصرة appellatum; Brevissima ivit *via c. a. viae*; Contraxit, abbreviavit (*sermonem*) *c. a.* اختصر السجدة Omisit versum ne adoraret; *aut* Singulum versum legit, et adoravit (*utrumque lege interdictum est*); Posuit manum in latere (خاصرة), *vel* Legit unum vel duos versus ex fine Surae in precibus faciendis; Superflua... rei partem resecuit.

خَصْرٌ *Pl.* خُصُورٌ (*in omnibus vocis significationibus*) Medium corporis humani; Pars plantae pedis interior, quae terram haud tangit; Via in loco arenoso, quae ducit inter mediam inferioremque eius partem; Pars quae est inter crenam sagittae eiusque pennas; Locus ubi sunt domus Arabum.

خَصَرٌ Frigus.

خَصِرٌ Frigida (*aqua*); Impotens ad Venerem. *Reisk.*

خِصَارٌ Cingulum (ازار).

خِنْصِرٌ *Pl.* خَنَاصِرُ Digitus parvus.

خَاصِرَةٌ *Pl.* خَوَاصِرُ Hypochondrium; Latus, *et* Ea pars corporis quae est inter os ilii (خُرْقَفَة) et radicem cervicis (قُصَيْرَى).

خُصَيْرَى Res cuius superflua pars resecta est.

اِخْتِصَارٌ Compendium, epitome.

مُخَاصِرٌ Propius ducentes (*viae*).

مُخَصَّرٌ *F.* ة Tenuis, gracilis; Gracile *latus corporis*; In medio tenuis *solea calcei.* رجل مخصر القدمين Vir, cuius pedes digitis calcibusque terram tangunt dum planta, quum tenuis ea sit, ab ea elata est. يد مخصرة Manus carpum gracilem habens ut ligatus aut metacarpio circum incisus videatur.

مِخْصَرَةٌ *Pl.* مَخَاصِرُ Id quo se aliquis innititur ut baculus; Id quod rex in manu tenet, et quo indicia facit, quum affatur (خاطب) *et* orator, quando preces publicas (خطبة) facit. *Videtur quoque esse* res scuticae similis sed tamen diversa.

خَصَفَ *F. i. n. a.* خَصْف 1) Consuit subula perforatam *soleam c. a.*; 2) Texit *corpus nudum foliis* unum cum altero ordine coniungens *c. a. r. et* على *corporis*; 3) *n. a.* خِصَاف Abortivit *camela* mense nono; 4) خُصِفَ Pone se alios habuit. II *n. a.* تَخْصِيف Bene compegit consuitve *Gol. ex Mar.*; Aequis albi nigrique crinis partibus variegatum reddidit *canities c. a. p.*; Malae indolis fuit, prave se gessit; Magno cum studio se dedidit rei, a qua natura abhorrebat. IV Festinavit; Texit *corpus nudum foliis* unum cum altero ordine coniungens *c. a. r. et* على *corporis.* VIII Texit *corpus nudum foliis* unum cum altero ordine coniungens *c. a. r. et* على *corporis.*

خُصْفٌ Duabus partibus constans *seu* duplicata solea; Calceus, quo utuntur pastores.

خَصَفٌ Color nigro alboque mixtus. *Diw. Huds.*

خَصَافُ Nomen equi, qui erat Malico ben-Amru Alghassani. *Inde proverb.* اجرأ من فارس خصاف. *At vero quum enuncias* خِصاف *est* nomen caballi, qui erat Somairo ben-Rabiah Albaheli, *et eodem modo dicunt* اجرا من فارس خصاف. *Tum quoque* nomen est caballi, qui Hamalo ben-Said ben-Auf ben-Beir ben-Wajil erat, quem quum Almondsir ben-Amru-l'Kais rex ab eo petiisset, ut eo pro admissario uteretur, equi dominus ob audaciam suam rege vidente eundem castravit, quam ob causam cognomen accepit خاصي خصاف, *et inde proverbium* اجرا من خاصي خصاف *originem duxit.*

خَصْفَةٌ Ea pars una corii, qua solea duplicatur ut firmior sit.

خُصْفَةٌ Sutura, foramen consuti calcei.

خَصَفَةٌ *Pl.* خَصَفٌ, خِصَافٌ Cophinus in dactylorum usum, ex foliis palmae (خوص) factus; Vestis multum crassa.

خَصُوفٌ Abortiens mense nono foetum *camela vel ut alii contendunt* Foetum in utero gerens usque ad decimum tertium post coitum mensem (*quem si quatuordecim menses in utero gerit, appellatur* جرور). *In Kamuso Turcico vitium exstat; omissa fuisse videntur verba in exemplari Arabico, quo interpres usus est; legitur enim* الخصوف صبور وزندہ شول ناقہ یہ دینور کہ چلد کدن برسنہ ایکی ای مرورندہ طوغرر اولہ *i. e.* Nomine الخصوف ea camela appellatur, quae decimo quarto post coitum mense parit.

خَصِيفٌ Cinis; Solea duplicando consuta; Lac dulce cui infundunt lac spissum; 2) *Adi. gener. comm. et quoque Fem.* ة Variegatus albo et nigro, *ut* كتيبة خصيفة Duobus coloribus ferri colore alioque distincta *legio* (*quod si vero dactyli et butyrum liquatum adduntur* عوثبانى *appellatur*).

خَصَّافٌ Mendax; Is qui soleas consuit.

أَخْصَفُ Albis hypochondriis praeditus (*de equo et ove*); Albo nigroque colore, qualis est cineris color, variegatus (*funis vel struthiocamelus mas*).

مِخْصَفٌ *Pl.* مَخَاصِفُ Subula.

شاة مَخْصُوفَةٌ Glabra *vel* duobus coloribus praedita ovis *nempe* nigro alboque.

الخاصّكيّة Ministri regis (*Pagen*).

خَصَلَ 1) *n. a.* خَصْلٌ, خِصَالٌ Superavit iaculando (*conf.* خَصْلة) *c. a. p.*; 2) Resecuit de carne (*aliquid*) *c. a.* II *n. a.* تخصيل Dissecuit in partes *c. a. r.*; Putavit, castigavit *arborem c. a. r.*; Amputavit crines intricatos (خصلة) *camelo c. a. cam.* III *n. a.* خِصَالٌ Certavit iaculando, *spec.* deposito pignore *c. a. p.* IV Scopum tetigit *vel* latus eius tetigit sagitta (*conf.* خصلة) *sagittarius.* VI Inter sese certarunt iaculando pignoribus depositis.

خَصْلٌ *Pl.* خُصُولٌ Quod ferit sagitta scopum *vel* quod latus scopi tangit sagitta; *inde dicitur* اصاب خصله *et* احرز خصله Vicit iaculando.

خَصِلٌ Multum vincens in ludo alearum. *Diw. Huds.*

خَصْلَةٌ *Pl.* خِصَالٌ Indoles, proprietas, tam bona quam prava, *vel potissimum* bona, *dum* خلة *in utramque partem accipiunt*; Quod sagitta ferit scopum *vel* quod sagitta latus (لزق) scopi ferit (*Duae latus scopi ferientes sagittae uni, quae medium scopi tetigit, in certamine aequales habentur*); Racemus vitis; Ramus in quo sunt spinae; Extremitas rami recentis mollisque; Mollis ramus plantae عُرْفط appellatae (*vel in duabus his significationibus vox potius enuncianda est* خَصَلَة).

خُصْلَةٌ *Pl.* خُصَلٌ Intricata coma; Pars parva intricatae comae, cincinnus *Kam.*; *inde* الخُصَل Rami arboris deorsum dependentes *Djeuh.*; Racemus vitis; Lignum in quo sunt spinae; Segmentum carnis, quod membrum est. *Kam.*

خَصَلَةٌ Extremitas rami recentis mollisque; Mollis ramus plantae عُرْفط appellatae.

خَصِيلٌ Victus in certamine sagittariorum; Cauda.

خُصَالَةٌ *pro* خُصالة *dicunt.*

خَصِيلَةٌ *Pl.* خَصِيلٌ Segmentum carnis, *vel* segmentum carnis femorum et armi et omnis nervus (*Selme*) crassa carne tectus; Intricata coma *vel* parva eius pars, cincinnus.

مِخْصَلٌ Acutus penetransque gladius (*pro* مقصل).

مِخْصَالٌ Falx.

خَصْلَفَةٌ Parvus palmarum proventus (*ex sententia Ibn-Ahhbadi*; *sed rectior scribendi modus est* خصلفة).

خَصَمَ *F. i.* Altercatione et lite vicit, superavit *c. a. p.* III *n. a.* خِصَامٌ, مُخَاصَمَةٌ (*et quoque* خُصُومَةٌ *tanquam huius infinitivus in usu est*) Altercatus fuit, litigavit *c. aliquo c. a. p.*; *sed pro aliquo c.* عن *p.* VI Altercati sunt et litigarunt inter sese. VIII (*Fut.* يَخْتَصِمُ *pro quo in Corano Sur.* 36. *v.* 49 *legunt* يَخِصِّمُ *et* يَخِصِّمُ) (*proprie* Traxit rem); Altercati sunt et litigarunt inter sese; Secuit seu perrupit sua acie *gladius vaginam c. a.* (*hanc significationem adnotavit Djeuharius*; *sed potius esse* اختصم *contendit Kamusi auctor.*)

خَصْمٌ (*Est pro Sing. Dual. Plur. quum proprie, ut dicunt, infinitivus sit. In sens. coll. in Diw. Hudseilitarum legi vocem. Sunt autem Arabum quidam, qui Dualem formant* خَصْمَانِ, *pluralem* خُصُومٌ. *conf. Amru l' Kaisi Moallak. v.* 41 *sch. Susen.*) Adversarius, altercator et litigator.

خُصْمٌ *Pl.* خُصُومٌ *et* أَخْصَامٌ Latus, angulus, tractus *rei*; Extremitas utris aquarii (راوية) in fundo (*huic oppositum est* عصم *extremitas eius superior*). اخصام العين Ea oculi pars, super quam crepitudines palpebrarum contractae sunt.

خَصِمٌ *Pl.* خَصِمُونَ Altercans, litigans multum.

خُصْمَةٌ Amuletum, quo vir in lite et quum ad Sultanum intrat, se munit.

خُصُومٌ Litigator (*sed maior huic voci vis inest quam* خصيم).

خَصِيمٌ *Pl.* خُصَمَاءُ, خُصْمَانٌ Litigator, altercator, adversarius.

خُصُومَةٌ Altercatio; Lis.

أُخْصُومٌ *i. q.* أُخْسُومٌ.

خَصِينٌ *Pl.* خُصُنٌ *et* أَخْصُنٌ (*et quoque masc.*, فاس *enim est generis feminini*; *nomina autem eandem significationem praebentia idem genus sequi solent*) Securis parva.

خَصَى *n. a.* خِصَاءٌ Castravit (*caballum etc.*) *c. a.* IV Scientiam unam edoctus est. VIII Castravit (*Gol. ex Gl. Mar.*); Castravit semet ipsum. *Gol. ex Mar.*

خَصٍ *pro* خَصِيٌّ *Plur.* خِصَاءٌ Male habens ex testiculis; Castratus.

خَاصٍ *sc.* خاصى العير Pudibundus. *Reisk.*

خُصْيٌ *et* خِصْيٌ (*Abu-Ohbaida hanc vocem in uno testiculo adhiberi negat*) *Dual.* خُصْيَانِ Testiculus.

خِصْيَةٌ Testiculus (*Abu-Ohbaida se hunc enunciandi modum nosse negat*).

